IVSTI LIPSI

TRACTATVS,

AD HISTORIAM ROMANAM COGNOSCENDAM APPRIME VTILES.

1 De Magistratibus veteris P. Romani.
2 Pecunia veterum Romanorum.
3 Nominibus Romanorum.
4 Ritu Conviviorum apud Romanos.
5 Supplicio crucis.
6 Censura & Censu.
7 Anno, eiusq; ratione & intercalatione.

CANTABRIGIÆ,
Ex Officina *Iohannis Legate*, Inclytæ Academiæ Typographi.
1607.

LECTORI
Typographus.

OPus ad te offero (bone Lector) eâ curâ elaboratum, politum labore, vt à Muſarum ore exceptum, non ab ingenio humano conceptũ arbitrere. Author huic, idemqui tibi author quondam ad Conſtantiam. Argumentum antiquum, via planè nova. In eodem ſtadio ſudatur, in quo & virorum præſtantiſſimorum notata veſtigia, eadem vtrobiq; meta, ſed ingenia diſſimilia eventus, ut ſæpe, diſpares conſequuntur. Animus authori Romæ antiquæ parentes ſuos primaq; lucis rudimenta commonſtrare, cui, ſi vita vireſq; integræ conſtiterint, non eſt vtique dubitandum, quin Latium antiquum e Belgio efflorescat, antiqua Roma, tot abhinc ſeculis deformata, à Lypſianâ animâ ſubinde reviviſcat. Vale.

IVSTI LIPSI De Magistratibus veteris populi Romani Tractatus.

CAPVT I.

Divisio honorum. Quid Dignitas propriè. Potestas. Magistratus. Etymon nominis.

DE Magistratibus dicturus, vt id compositè & dilucidè possim, de *Honore* eiúsque discrimine quædam libabo. *Honorem* hîc *publicum* intelligo: quem *Ius* definio, titulúmque super cæteros, lege aut more concessum. Is duplex, *Divinus*, aut *Humanus*: *Divinus*, qui ad superum cœlestémque cultum pertinet: cui pietas & religio finis: quo in genere Sacerdotes. *Humanus*, qui curam administrationémque tangit rerum humanarum: cui

Honor publicus quid?

Honor divinus & humanus.

cui salus & vtilitas publica finis. Quo in genere tria censentur: *Dignitas*, Potestas, *Magistratus*. *Dignitatem* appello, authoritatem in sua dendo, consulendo, decernendo: qualis Senatorum & Iudicum. *Potestatem*, ius legitimum regendi, iubendique extra vrbem & eius fines, vt sunt Imperia & Præsidatus. *Magistratuum* simile ius, sed in vrbe ipsa. Hi limites & diuisio ex veterum mente & vsu: Etsi misceri interdum scio, & omnem ferè honorem venire in nomen Magistratus. Ita [a] Aristot. largè & laxè ἀρχας definit: ὅσαις ἀποδίδοται βουλεύσασθαι περί τινων καὶ ἐπιτάξαι, καὶ μάλιστα τοῦτο. Id est, *Quibuscunque concessum est consulere, iudicare, iubere, atque istud maximè.* Etsi postrema parte iterum adstringens. [b] & Latini etiam scriptores confundunt, qui Proconsules & Rectores proviuciarum. *Magistratus* passim appellant. Nomen *Magistratus* [c] à *Magistro* ductum. *Magister* autem, qui magis cæteris potest. Olim *Prætores* dicti videntur ab eo, quòd cæteris honore præirent. Ita Consul Prætor dictus: & in prisca lege apud [d] Liuium, *Prætor Maximus clauum pangit.* Itaque non absurdè [e] Varro, qui natum *Magistratus* nomen iudicat, post Dictaturam & Magisterium equitū. *Reliqui* (inquit) *qui minores quam hi Magistri, dicti Magistratus, vt ab Albo, albatus.*

Dignitas quid.

Potestas quid.

Magistratus quid.

a I. Politic.

b Lib. 2. D. de ius vocan.

c Lib. 57. D. de verb. *Magistratus à Magistro.*

d Lib. 7. *Prætor, qui cæteris præest.*

e Lib. 4. de ling. Lat.

CAPVT II.

De varia diuisione Magistratuum.

MAgistratuum autem genera & discrimina plura. Aut enim à temporibus diuiduntur, vt Ordinarii, Extraordina-

Magistratus distinctus Tempore.

rii. Illi dicti, qui ſtatis temporibus & ſemper in Republica eſſent. ut, *Conſules, Prætores, AEdiles, Tribuni, Quæſtores.* Hi qui nec eodem tempore, nec ſemper, ut *Dictatores, Cenſores, Interreges.* Aut à perſonis diſcriminantur, vt *Patricii, Plebei, Mixti.* E quibus primi dicti, qui ſolis Patriciis patent, vt *Interregnum.* Alteri, qui ſoli plebi, vt *Tribunatus, & Aedilitas plebis.* Poſtremi qui cuique ordini, vt cæteri omnes. Aut à qualitate agnominantur, vt *Maiores, Minores.* Idque ſenſu duplici. Aut enim *Maiores, Magiſtratus, Minoréſue* dicuntur, qui auſpicia maiora minoráue habent, de quibus[a] A. Gellius: aut quorum poteſtas imperiúmve maius minúſve: ſic *Maiores* erant, qui lictorem viatorémque habebant, iíque omnes erant exceptis *Aedilibus* & Quæſtoribus: Minores qui non habebant. Aut denique diſtinguuntur ab inſignibus in *Curules* & *non Curules*: Curules, quibus ius eius ſellæ: vt *Dictator, Conſul, Cenſor, Prætor, Aedilis curulis.* Non Curules, quibus minimè, vt cæteri omnes.

Perſonis.

Qualitate.

[a] Lib 13. cap. 14.

[b] L. 2. §. 1. D. de iniuria.

CAPVT III.

De iis qui apti ad quoſcunq; Magiſtratus, & ſeries temporum, qua paulatim plebei ad omnes Magiſtratus admiſſi.

Qui apti ad Magiſtrationem.

DIviſioni non ineptè iungam, de iis qui apti ad quemque *Magiſtratum. Aptitudo* autem duplex: à gente, & ab annis. *A gente* olim maximè: quia ſolos Patricios admit-

mittebant ad Magistratum. A Romulo id institutum: qui authore a Dionysio, sanxit: τοὺς εὐπατρίδας ἱερᾶσθαι καὶ ἄρχειν καὶ δικάζειν, id est, Patricios sacra facere, magistratum gerere, iudicia exercere. Cui tamen legi in libertate non dein locus. Nam statim anno 16. post reges exactos, violari cœpta: b cùm nouus magistratus è plebe creatus, id est, Tribuni, (anno vrb. cond. 260.) & paulatim carpsêre eam Tribuni & Plebs; donec corruit tota. Series & ordo iste. Primùm Quæstores è plebe creati, c anno vrb. cond. 341. Inde Tribuni militum consulari potestate, anno 310. Nec diu post Consules ipsi: anno 388 tum Aediles Curules, anno vno post (id est, 389.) *De quibus conuenerat*, ait d Liuius, *ut alternis annis è plebe crearentur: postea promiscuum fuit.* Inde ad caput ipsum, Magistratum transgressi: Dictatorem è plebe creârunt, anno 386 etsi Magister equitum iam ante Plebeius factus, anno 385. Denique, Censuram etiam cõmunem fecerunt, anno 404. eodem illo primo Plebeio Censore, qui & Dictator. Postremò, ne quid intactum, aut inaccessum plebi: Prætura iis communicata, anno 417. Ita sola Interregia potestas apud Patres mansit: vmbra potiùs, quàm verus Magistratus.

a Lib. 2.

b Liv. l. 3. *Olim soli patricii magistratum gerere soliti.*

c Liv. l. 4 ibid. *Magistratus cum plebe communicatus.*

d Lib. 7.

Sola Interregia potestas plebi intentata.

CAPVT IIII.

De aptitudine ab annis: & quando Annalis Lex lata.

AT aptitudo altera, ab annis: quàm vtiliter induxere, etsi tardè. *Nam apud Maiores,* inquit

a Lib. 11. Ann.

inquit Tacitus, *Virtutis id præmium fuerat, cunctisque ciuium, si fiderent bonis artibus, licitum petere Magistratus: ac ne ætas quidem distinguebatur, quin prima statim iuuenta Consulatus ac Dictaturas inirent.* Sed mutatum id anno vrb. con: 873. cum reipsa docti, viderunt modum aliquē & limitem cōstituendum ambitioni & calori iuuenili. [b] *Itaque tum primum rogatio lata est à L. Iulio, Tribuno plebis, quot annos nati, quemque Magistratum peterent, caperentq; inde cognomen familiæ inditum, vt Annales appellarentur.* Dixi à L. Iulio: & ita libri: at Iulios etiam plebeios fuisse scimus. [c] Antonio Augustino docente. Tamen alii, *Villium* hîc in Liuio malunt: itémque in [d] Cicerone. Sed hoc leue: magis nos torquet de tempore natæ legis, quod Liuius hîc tam disertè scripsit, inquiens, *Tum primum.* Quod tamen [e] idem ille euersum it, vbi de Scipione Africano, (multis ante legem Iuliam annis) scribit: *Huic AEdilitatem petenti cum obsisterent Tribuni, negantes rationem eius habendam, cui nondum ad petendum legitima ætas esset. Ait, Ecce legitimam ætatem ei non fuisse.* Quid ergo clarius, quàm etiam tunc de ætate latam? Et profectò aut per errorem confusionémque nominis aut hominis scripsit Liuius, Scipioni Africano tribuens, quod AEmiliano postea euenerit: (de quo [f] Appianum vide, & [g] Valer. Max.) aut fateamur, necessum est, parùm cautè scriptum in loco altero, latam à Iulio primùm. Et fortasse per partes, iam ante de quibusdam Magistratibus ferri cœptum, quæ omnia lex Iulia iunctim complexa, cæteras velut aboleuit. Iuuat aliquid [h] Cicero, qui leges Annales multitudinis numero appellat. *Legibus*

b Verba Liuii sunt Libro 10. *Lex annaria lata anno V.C. 537. a L. In Trib. pl.*

c In lib. de fam. Rom.

d Li. 8. Epist.

e Lib. 25.

f In Lybico.

g Lib. 8. c.

h Phil. 5. *Leges Annales multæ latæ.*

bus Annalibus, inquit, *cùm grandiorem ætatem ad Consulatum constituebant, temeritatem adolescentiæ verebantur.* [1] Et Ouid.

finitaq; certis
Legibus est ætas, vnde petatur honos.

i 5. Fast.

Hæc lex alio nomine Annaria dicta. Festus in ea voce. Et [l] Lampridius: *Gratiâ Annariæ Legis impetratâ Consul est factus.* Dicta etiam satis nouè Comitialis; à [m] Latino Pacato: scilicet, quia modum frœnúmque Comitiis daret.

l In Commodo: *Eadem lex dicta Annalis, Annaria, Comitialis.*
m In laudatione Theodosii.

CAPVT V.

Magis distinctè de ea lege. Et qui anni cuiq; Magistratus legitimi fuere.

SEd quia ætas propriè definita hac lege cuique Magistratui fuerit, iure quæram: nec facilè inveniam. Tenebrosus enim locus: & in quo cùm nihil, aut parùm expressi sit, lustramus eum per ancipites coniecturas. Atq; vt à Quæstura ordiar: adeò de ætate eius nihil certum, vt sint viri magni, qui eam prorsus tollant. Dux illis [a] Paulus Manutius, qui negat Quæsturæ, Tribunatui, AEdilitati plebis, definitam ullam ætatem: legémque Annalem tantùm spectasse Curules Magistratus. Parùm verè. Quæsturæ enim clarissimè certum annum [b] Quintil. attribuit. *Calvus, Cæsar, Pollio multò antè Quæstoriam ætatem grauissima iudicia susceperunt.* [c] Spartianus. *Quæstor ante annum, quem legitima ætas sinebat, designatus est.* [d] Tacitus: *vt quinquennio maturius, quàm per leges, Quæsturam peteret.* [e] Suetonius item & [f] Plutarchus.

De ætate Quæsturæ vide authorem in Commentario ad lib. 3. Annal. Tacit. p. 171. in exemp. Plantini in 80.

a In lib. de Legibus.
b Lib. 12. cap. 6.
c In Iuliano.
d Lib. 3. Anal.
e In Calig. cap. 8.
f In Cat. Vtic.

Quem

Quem annum Nicolaus Gruchius 27. fuisse vult: ego vt arbitror firmius, vigesimum quintum annum. Argumento, primùm à ratione, quia tunc compleri virilem vigorem constat, vt ait g Vlpianus. Ideóque iure apti censentur ad res publicas & priuatas. Ab authoritate, quia h Dio Cassius Senatoriam ætatẽ vigesimo quinto anno definit. At Quæstura primus gradus in Senatu. Adde L. 2. de minoribus: quæ subtiliùs considerata, adstruit hoc æuum. Denique argumento etiam ab exemplis: quoniam repetio Tib. Gracchum intra trigesimum annum extinctum: & eundem tamen Quæstorem fuisse, C. Mancino Consule, circiter quadriennium ante mortem: gesserit ergo Quæsturam necessum est anno 26. Lego & Tiber. Cæsarem Quæstorem designatum i 19. ætatis anno: k at creatus est quinquennio maturiùs quàm per leges. Ergo fas petere Quæsturam 24. ann., & gerere 25. Sed nodus hic aliquis in l Polybii loco: negantis vllum vrbanũ Magistratum capi fas fuisse, nisi ab eo qui 10. annis militasset. m Militare autem Romani decimo septimo demùm anno incipiebant: non ergò priùs pertingere poterant ad Quæsturam. Duplicitèr solvo. Primò vix credibile esse aiò, ratam & firmam in Rep. fuisse Polybianam legem eam sive morẽ. Quis enim præterea meminit? Et tamen vt fuerit, capiendã non de militia coacta, & ex delectu, sed de voluntaria. Nam quod Gracchus decimũ septimum annũ militiæ definiit: id ab ea mente est, vt inuitus nemo legi in militem debuerit, ante id tempus: sed nihil tamen impedit, nobiles & eos qui alebantur in spem honorum, militiæ & castris iam antè interfuisse: qui

g L. 1. D. de minoribus.
h Lib. 52.
i Velleius lib. 2.
k Tacit. lib. 4. & Dio l. 53.
l Lib. 6. histor.
m Plutarchus in Gracchis.

qui morem hunc habuerunt, vt statim à toga pura militiam auspicarentur, idque in contubernio & velut custodia viri alicuius illustris. o Velleius de Pompeio id tradidit. p Liuius & q Valerius de Scipione Africano: & passim exempla. De Quæstura non vltra eruo. De Tribunatu & Aedilitate videamus. Quorũ annos frustrà item incertos volunt. Quæ enim ratio est, vt Quæsturæ, quæ minor Magistratus, sua ætas fuerit: nulla maioribus istis? imò fuit: & de Aedilitate, clarè r Latinus Pacatus. *Annorum*, inquit, *ita cura fuit maioribus, vt non solum in amplissimis Magistratibus adipiscendis, sed in Prætoris quoque, aut Aedilitatibus capessendis ætas sit spectata petitorum. Nec quisquam tantum valuerit nobilitate vel gratiâ, qui annos Comitali lege præscriptos, festinatis honoribus occupárit.* Et quanquã firmi admodũ aut fixi nihil reperi: tamen attribuam fidenter Tribunatui siue Aedilitati annum 27. aut 28. Certè quidem ante trigesimũ annum includam, quia is Prætoræ fuit, vt dicam. Atq; hoc de vtraq; Aedilitate censeo: etsi in Curuli valdè à nobis dissentiant viri docti. Annum enim 26. illa definiunt, quod miremur. Cur enim probabile, tanquam ocioso interualli fuisse inter Quæsturam & Aedilitatẽ Ciceronis locus, qui eos in omni hac re extra viam eiicit, non me mouet. Nam cùm pro lege Manilia scribit: *Quid tam singulare, quam vt Senatusconsulto legibus solutus, Consul ante fieret, quam vllum alium Magistratũ per leges capere licuisset?* non ego sanè ad ætatem retulerim, sed ad ordinẽ & modum. Si enim de ætate: & hoc Cicero vult, eo anno factum Pompeium Consulem, quo per leges Annales nullum Magistratum

o Lib. 9.
p Lib. 22.
q Lib. 5. cap. 4.
r In Inuectione Theodosii.

Annus 27 vel 28 Aedilitatis capax vt & Tribunatus.

ſtratum capere ei fas: ſequitur vt antè 34. annum (nam eo anno factus Pompeius Conſul, ex Appiano) locus etiam non fuerit Quæſturæ aut Tribunatui: quod vanum. Sed intelligit, inquiunt, Curulem Magiſtratum. quis dicit? nec adhærebo ego tam infimæ coniecturæ. Verius omninò eſt, mentem Tullii hanc eſſe, Pompeium factum Conſulem, cùm nec illum, nec alium Magiſtratum capere poſſet. Vel quia nō legitimè progreſſus, vel potiùs, quia eques adhuc Romanus [f] & nondum Quæſtor. Lex autem Cornelia tranſire ad ullum Magiſtratum clarè vetuit, Quæſturâ nondum geſtâ. Minùs verò me turbat, quòd exempla adferunt eorum, qui geſſerint AEdilitatem poſt trigeſimū annum. Ridiculum. Scimus enim legem nullam Annalem vetuiſſe, ne quis poſt legitimum annum peteret, gereret: ſed ne ante eum. Itaque Conſules etiam & Prætores multi facti anno 50. & poſt illum. Denique (ea veriſſima ratio) pauci feſtinabant ad hos minores Magiſtratus: quia celeritatis eius modicus fructus & grande nihilominùs ſpatium intererat ad Conſulatum. i. honorum metam. Prætura nunc ſequitur: cui annum tribuunt 39. petendæ, 40. gerendæ: haud alio argumento freti, quàm illo de biennii interuallo. Itaque iure ambigo: nam [t] Dio Caſſius diſertè annum 30. Prætoræ dat ταμιεύσαντες, inquit, καὶ ἀγορανομήσαντες ἢ δημαρχήσαντες τὸ τριακοστὸν τριακοντάετες. i. Quæſtura functi & Aedilitate, ſiue Tribunatu Prætoram accipiant tricenarii. Sed excuſabunt, quòd id ſuis principibus: quos legem Annalem laxaſſe non nego. Sed quid tamen de M. Bruti facto dicent, quem Prætorem reperio anno ætatis 35 nam

[f] Epito. Liv. 97. Lex Cornelia.

[t] lib. 31.

Prætura potuit anno 35.

nam vixit in vniuersum, vt [u] Velleius tradit, annos 37. atque biennio ante mortem, Prætoram eum egisse cum Cassio satis constat: & nisi Bruti ingenium me fallit, iuxta leges. Itaque ad hunc annum Prætoræ finiendum labar non invitus. Consulatus reliquus est: cuius ætas extra omnem litem. [x] Cicero clarè nimis firmat. *Quid Alexander Macedo, qui cùm ab incunte ætate res maximas gerere cœpisset, 33. anno mortem obiit? quæ ætas, nostris legibus 10 annis minor quàm Consularis.* Est igitur Consularis annus 43. si arctè verba Ciceronis capis: siue 42. si benignè, & magis ex vero. Satis enim fuit attigisse 42. annum: vti docent exempla crebra. Grauis ergo ista æras, quippe in Imperio & Magistratu grauissimo: quam tamen adeò, mutato Reipublicæ statu, Principes neglexêre, vt Dolob ellam Cæsar Consulem creârit annos natum 25. Et posteà etiam aliquot vicenarii facti. [y] L. vnica. & [z] L. 20. Quâ licentiâ in omni alio Magistratu, Principes pro arbitrio usos moneo semel. De ordinariis Magistratibus dixi; extraordinarii supersunt, qui tamen nescio an lege comprehensi. Etsi de Dictatore & Censore non difficile indiciam est, quia creati plerumque è Consularibus, more tamen quodam potiùs, quàm lege. Sed & Interrex plerúmque ex honoratissimis Senatus.

[u] Lib. 2.

[x] Philip. 5.

Annus Consularis 42.

[y] D. de Offic: Consulum.

[z] D. de manumissis vind.

Lex Annaria: Principibus neglectui.

CAPVT.

CAPVT VI.

Annalem legem etiam in Prouinciis aliquam fuisse. Item Romæ in Senatu & Equite. Et aliæ quædam leges quæ huc referuntur.

HAEc vtilis illa & salutaris lex Annaria, cui locus etiam in municipiis & Coloniis, etsi annorum aliqua diuersitate, quam in parte haurire est ex [a] Plinio. Sed & ætas Romæ, in Senatu ipso spectata: etiam sub principibus ideóque Senatoria ætas [b] Tacito nominata. *Annius Vivianus*, inquit, *gener Corbulonis, nondum Senatoria ætate.* Imò & in equite: definítque [c] Dio utramque. *Allegere*, inquit, *oportet in equestrem ordinem annos natos* 18. *in Senatum annos natos* 25. Quod videntur à Græcis Romani sumpsisse: [d] cùm & apud *Athenienses* ἡλικία πολιτῶν fuerit: & apud Spartanos lege Lycurgi in Senatum nulli aditus, nisi sexagenario. Addo breuitèr & attexto leges. Annali huic non dissimiles, qui de ordine Magistratuum cauebant; aut intervallo, vt fuit lex Cornelia: quæ vetuit Præturam adipisci ante Quæsturam, & Consulatum ante Præturam [e] Appianus. Quod ipsum tamen in more etiam antiquo fuisse [f] Livius ostendit, ubi de Consulatu Flaminii. Item lex de intervallo prisca: quæ vetuit eundem Magistratum iterare, nisi decennio interiecto. [g] Livius. Quæ cùm negligeretur, relata est à Sylla Dictatore, vt commemorat

a Lib. 10. Epist.

b Lib. 15. Annal.

c Lib. 52. *Adlecti in equitẽ anno 18. in Senat.*

d Demost. cont. Ambros.

Annaria haud absit miles: Cornelia, Prisca de interual.

e Lib. 1. Ciuil.

f Lib. 31.

g Lib. 7. Sub fine,

memorat idem Appianus. Sed sic quoque poſtea ſæpiùs ſpreta: cùm mos inualuiſſet, vt homines gratioſi legibus per Senatum aut populum ſolverentur.

CAPVT VII.

De Conſulibus. Nomina eorum. Inſtitutio. Poteſtas & munia.

SEd vniuerſè de Magiſtratibus ſatis dixi: quoniam quæ ad comitia & renunciationē ſpectant, aliis ſcripta: nunc diſtinctè explicabo ſingulos, initio ab eo Magiſtratu facto, qui initium cæteris. Quem triplici nomine appellârunt: Prætorem, Iudicem, Conſulem: [a] Cicero benè recenſuit. Ibíque præcundo, iudicando, conſulendo, Prætores, Iudices, Conſules appellantur. Benè, inquam, & ordine. Nã primò Prætores dicti: quod nomen etſi commune omnibus imperiis, tamen velut per excellentiam adhæſit iſtis. [b] Feſtus: --*Initio Prætores erant, qui nunc Conſules.* [c] Iuſtinianus.-*Eſt enim*, inquit, *Prætoris nomen Romani Imperii proprium, & ante ipſos etiam Conſules, in vetere atque præclara Republica conſtitutione uſurpatum.* In 12. tabulis exemplum eius vocis reperio, cùm iubent, (apud Plinium) Impubem Prætoris arbitratu verberare, id eſt, Conſulis; quoniam tunc certè creatus nondum Prætor. Itaque [d] Liuius anno ipſo poſt 12. tabulas ſcriptas, *His temporibus*, inquit, *nondum Conſulem iudicem, ſed Prætorem appellari mos fuit.* Nec falſum à Zonara traditum, Prætoris nomen manſiſſe,

Vnus idemque dictus: Prætor, Iudex, Conſul.

a 3. De Leg.

b In voce Prætoria porta.

c N.C. 24. & 25.

d Libr. 8. cap. 3: Tom. 2.

vsque ad Decemuiros, iisque exactis, Consulis nomen demùm irrepsisse. Etsi mallem dixisset iudicis: quod ex Liuio antiquius sanè est illo consulari. Dicti autem Iudices, à præcipuo videlicet munere: quia vt olim iudicia omnia in manu regum, sic posteà Consulum fuere, donec translata ea in parte ad Prætores. Exemplum huius appellationis in priscis commentariis est ad [f] Varronem, —— *Omnes Quirites visite huc ad iudices.* Idque nomen antiquatum & abolitum demùm crediderim post Prætores: id est, proprios Iudices creatos: & tunc invaluisse nomen Consulis, de cuius etymo varia opinio, nec inscita. Sunt enim qui à [g] fine deriuent: quia eius est consulere & prouidere ciuibus. Sunt qui ab officio: quia consulit, id est, rogat Senatum. Sunt qui à iudicando interpretentur: quod in solo tamen [h] Quintiliano mihi lectum. *Sitnè Consul,* inquit, *a consulendo an iudicando? nam & consulere veteres vocauêre: vnde remanet illud, rogat* BONI CONSVLAS, *id est, iudices.* E quo triplici etymo, primum popularius, tertium subtilius, medium verius sentiam, quia adeò proprium Consulis interrogare & referre ad Senatum, vt [i] Liuius scripserit partes eius magis exquirendæ, quàm dandæ sententiæ esse. Imò obseruo consulendi verbum hac notione proprium & solenne curiæ fuisse. [l] Spartianus me docuit in 30. tyrannis. *Tunc Aurelius Fuscus,* inquit, *Consularis primæ sententiæ ait Consuli, consule: cumque consultus esset, diuinos, inquit, honores Pisoni decerno.* Sed de nominibus abundè: institutionem videamus quæ non obscura. Instituti enim statim post reges exactos, Anno v. c. 244. Causa creandi, vtilitas,

f 5. De ling. Lat.

g Florus lib. 1. cap. 5. & lib. 2. D. de orig. iuris. *Consul à consulendo, i. regendo.*

h Lib. 1. cap. 9.

i Lib. 7.

l In Piso.

Consules instituti anno V. C. 344.

tilitas, siue potius necessitas, quoniam cùm sine rege & capite essent, fluctuanti illi corpori opus fuit, qui dirigeret & gubernaret. Sed duo ideò vt nouam libertatem non committerent periculosè vni; & *diuiso imperio, si alter malus esse voluisset*, vt inquit Eutropius, *alter eum, (habens potestatem similem) coerceret*. Quâ causâ, tempus etiam imperii breue datum, & annuum tantum: *ne diuturnitate insolescerent, & ciues semper essent* (ait idem Eutropius) *qui se post annum scirent futuros esse priuatos*. [n] Florus elegantèr & acutè vtramque causam complectitur. *Ex perpetuo imperio*, inquit, *annuum placuit, ex singulari duplex, ne potestas solitudine vel mora corrũperetur*. Loco igitur Regum creati, & quidem cum pleno eorum iure. Itaq; regium imperium id [o] Cicero non iniustè appellat: regiam potestatem Liuius fastigium dignitatum [p] Cassiodorus. Et [q] Ouidius:

——nullum Martia summum
Alterius imperium Consule Roma videt.

Qua de causa Græci, Consules non tàm προβέλους aut συμβέλους verterunt, vim verbi intuentes: sed potius ὑπάτους, quasi dicas, summos, vim intuentes imperii & potestatis: quoniam quod *præcellens & summũ est, prisci Græci vocabant* ὕπατον, inquit [r] Dionysius. Et sanè vis omnis & liberrimũ imperii initiò apud illos: pacè bellũque facere fœdera ferire, coërcere, animaduertere, ius vitæ necisq; in ciues habere. Donec paulatim imminuta ista: & redacta ad eum modũ, qui gratis libertati non esset. Imminuta autè præcipuè duplici via, prouocationis & intercessionis. Prouocatio statim post reges nata [s] ex Lege Valeria: qui animaduersionem in ciues abstulit, & non obscurè imperium consulare dissoluit.

Consules duo cur? m Lib. 1.

Cur annui? n L. 1. c 9.

Consularis potestas regia & summa.
o De Leg. & in orat. ad Q. Fr.
p L. 2. Variarum Epist. 2.
q 4. Trist. Eleg. 9.

Consulũ potestas initio summa.
r Lib. 4.
Subinde immutata idque Ratione duplici, Prouocationis, Intercessionis,
s Liv. l. 2.

Nõ enim vltrà vitæ & necis potestas penes eos, cùm prouocare ad populum, vt maiorem iudicem, liceret. At intercessio quæ nata cum Tribunis, arbitrium pacis, belli & grauiorum rerum consulibus eripuit: quoniam intercedere, atque impedire omnes Consulares actiones Tribuni poterant, velut populi voce. Cuius sanè populi vis & dignitas magis magísque crevit (vtique post Hortensiam legem) & imperium sibi sumpsit, super omnes Magistratus. Soluta igitur Consulum potestas, non tamen fracta quàm diu Respublica stetit. Multa enim eorum & ampla adhuc munia: quæ strictim & velut per indicem recensebo. Primò, caput Reipublicæ Consules habentur: omnésque Magistratus subiecti iis & obnoxii, præter Tribunos. Itaque intercedere etiam omnium actionibus possunt. [t] Secundò, militiæ ius summum habent: ciuibus & sociis imperant: Tribunos militum, Centuriones, Præfectos constituunt. [u] Tertiò, imperium in prouincias habent, euocare subditos possunt, coërcere, punire. Quartò, ius vocandi populi habent, cum eo agendi, leges ferendi: iísque nomen à se dandi. [x] Quintò, literas omnes à Præsidibus prouinciarum, à populis & vrbibus accipiunt: legatos audiunt: & quicquid per Senatum populúmque conficiendum est, manu horum & ministerio conficitur: Sextò, vt Senatus res omnes pace, bellóque tractabat, regebat: sic ipsi quodammodo Senatum, quem conuocabant, dimittebant: sententias rogabant, numerabant, diuidebant: & ad summam, in vniuersa hâc naui, velut arbitri quidam & gubernatores erant. Atque hæc liberâ Republicâ fuêre: at oppressâ

Munia Consulum quousque exportata.

t Cic. 3. leg. Et Polyb. lib. 6.

u Cic. in Verr. Et Polyb. li. 6.

x Dio Cas. li. 40 Cæsar 1. civil. Polyb. lib. 6.

oppressâ eâ, iterum imminuta Consulum potestas. Princeps enim, vt omnium Magistratuũ iura ad se traxit: ita præcipuè Consulum & Tribunorum. Itaque ex his omnibus quæ dixi, pauca iis mansêre: nec alia ferè munia reperio sub principibus quàm ista. Vt Senatum vocarent & consulerent: vt ius dicerent: [y] tutores darent: [z] manumitterent: [a] vectigalia locarent: quod olim munus Censorium: [b] ludos & præsertim Circenses ederent: [c] annis nomen darent. Quæ omnia, vt breuis sim, testimoniis non dilato, quæ tamen in historiis ac legum libris sparsa. Vide pleráque ex iis, si lubet, apud Cassiodorum.

Consulari imperio frænum à Principibus.

y Spartianus in vita Antonini.

z Cassiod. lib. 6. epist. 1. &c. Et Claudian. in Eutrop. lib. 1.

a Ovid. 4. Trist. Eleg. 5. & 9.

b Arrian. lib. 4.

c Lucan. lib. 1.

d Lib. 6. Epist. 1.

CAPVT VIII.

De insignibus Consulum.

AD insignia venio, sive ad ornamenta quædam externa, quæ adiuncta Consulibus, aliísque Magistratibus ad augendum splendorem. Eorum omnium originem ab Etruscis esse, [a] Livius & [b] Symmachus voluerunt: itémque [c] Florus, qui distinctè etiam recenset. A *Tuscis*, inquit, *fasces, trabes, curules, annuli, phalcræ, paludamenta, prætexta: inde qui aurato curru quatuor equis triumphatur: togæ pictæ, tunicæq; palmatæ, omnia denique decora & insignia, quibus imperii dignitas eminet.* Hæc in Consulibus paulò diuersa fuisse reperio, veteri Rep. & noua. Veteri Republ. hæc in vsu. Fasces 12. cum lictoribus: sella curulis, [d] prætexta toga, cáque domi sumpta primo magistra-

Insignia Magistratuum ab Hetruscis.

a Lib. 1.

b Lib. 3. epist. 11

c Lib. 1. cap. 5.

Vetera Consulum insignia.

d Livii lib. 22. in fine.

tus die ante Deos penates. Scipio eburneus in manu, sive sceptrum: de quo Scipione minùs quidem vulgata res est: magnis tamen authoribus mihi certa. [e] Dionysius Tarquinio regi sceptrum eburneum attribuit: idque mansisse successoribus eius tradit & Consulibus ipsis. [f] Livius. *Gallum quendam scipione eburneo percussum à M. Papyrio* scripsit, consulare hoc sceptrum intelligens. [g] Valerius de priscis consulibus: *Nec fuit iis rubori, scipione eburneo deposito, agrestem siguam aratri repetere.* In Valeriana epistola apud [h] Vopiscum: *Nam te Consulem hodie designo, scripturus ad Senatum, vt tibi deputet scipionem, deputet etiam fasces.* Hæc enim Imperator non solet dare, sed à Senatu quando fit Consul, accipere. [i] Cassiodorus in formula Consulatus: *Valida manu Victoriani scipione nobilitas.* In Glossis priscis: *scipiones virgæ Consulum.* Et [l] Eunodius, scipiones pro ipso Consulatu posuit. *Serranum scipionibus aratra pepererunt.* Nec [m] Iuuenalem aliter quàm de hac scipione ceperim.

Da nunc & volucrem sceptro qui surgit eburno.

Præcipitque nobis Aquilæ figuram fuisse in summo eius sceptro. Nisi tamen magis placet ad scipionem triumphalem id referri, quem planè ea forma [n] Isidorus describit, & eundem in triumpho. [o] Appianus etiam agnoscit. Atq; hæc ferè insignia olim. Posterior ætas sub principibus quædam addidit, quædam immutavit, & id ferè in superbiam, vt solet, ac pompam. Non contenti enim simplici prætexta, eius loco togam pictam induxêre: quæ anteà triumphantium propria tantùm. [p] Lampridius. *Prætextâ & pictam togam nunquã nisi consul accepit;*

e Lib. 3.
f Lib. 5.
g Lib. 4. cap. 4. in exemplo Aquil. Celat.
h In vita Aurel.
i Lib. 6.
l In Panegyrico.
m Sat. 10.
n Lib. 7. cap. 8.
o Lib. de bellis Punic.
Insignia quæ postea Coss. accessere sub Principibus.
p In Alexan.

&

& eam quide, quam de Iouis templo sumptã alii accipiebant. Vbi notari illum ritum scriò velim, accipiendæ Consularis eius togæ è Capitolino templo, quem eundem ingerit oportunè in eadem ista re q Capitolinus, *Palmatam tunicam*, inquit, *& togam pictam, primus Romanorũ priuatus suam propriam habuit: cum antèà Imperatores etiã de Capitolio acciperent, vel de Palatio.* Hæc est illa toga picta, quam Palmatam alio nomine dixêre: tribuitq; eam Consulibus r Cassiod. *Pinge*, inquit, *vastos humeros vario colore palmate.* Et Ennodius. Etsi de toga non exprimunt clarè. Itaq; suspicari possis ex superioribus Capitolini verbis de tunica tantùm: falsò tamen ex Martiale, qui togã in hac re nominat disertè.

q In Gordian.

r Lib. 6. vati Epist. 1.

s In Panegyr.

Palmatiq; ducem sed citò redde togæ, id est, Consulatui. Et Ausonio, qui in Panegyrico Gratiani tria hæc, *pictam, palmatam, trabeam*, apertè confudit, & solere id suo æuo ostendit. Nam & *trabeam* reperies velut propriam Consulũ vestem: & caue pro *tunica* accipias, vt prisci sed pro hâc ipsa toga picta. Causa cur vtrunq; hoc nomen ei dederint: quia auro purpuraquè intexta ea fuerit, ad formam trabium, siue palmarium ramorum. De trabea autem consulari t Symmachus. *Literæ* (inquit) *quæ te Annalem trabeam meruisse loquerentur, &c.* Et u Claudianus.

t Lib. 9. Epist. 102.

u In Eutrop.

Annus qui trabeas, hic dedit exilium.

Atque idem Poeta aliâs sæpè. Etiam x Imperator. Iam in fascibus etiam ipsis aliquid mutârunt. Laurum enim iis perpetuam addiderunt, quæ olim solet tantùm in triumphis. Colligo ex Martiale lib. 10. Epigram. 9.

x L. 1. C. de Cons.

Cum tu laureferis annum, qui fascibus intras.

Et y lib. 12. oſtendit etiam laurum ædibus Conſulum ſolere addi. Sed & z Caſſiodorus laurum Conſulibus diſertè tribuit. Nec laurus ſolùm, ſed ſecures etiam iterùm relatas in faſces, quas a Valerius ademerat, non oſcitans lector obſeruet ex b Caſſiodoro. *Hinc eſt*, inquit, *quòd etiam faſces atque ſecures tantæ poteſtati præceptæ ſunt illigari.* Et ex c Claudiano aliquot locis. Nec ideò quia potentia aut imperium iis creuerat (contra eſt) ſed quia faſtus & ſuperbia externa, quæ ipſa etiam calceos auratos Conſulibus induit, (quod Scriptum à ſolo, quod ſciam, d Caſſiodoro.) Satis tamen clarè. *Lares*, inquit, *proprios calceis auratis ingredere.* Quod genus calceorum in vſu Romanis fuiſſe Epictetus me docuit in e Enchiridio.

y Epig. 3.
z Libr. 2. Var. Epiſt. 2.
a Vide Elect. Lypſ. cap. 23
b Lib. 6.
c Lib. 2. in Eutr. Et in 4. Conſ. Honorii.
d Lib. 6. in ſor. Conſ.
e Cap. 54.

CAPVT.

CAPVT IX.

Ritus aliquot Consulares.

NOmen, vim, & insignia Consulum satis expressi: addam ritus aliquot priscos, & non obvios, qui valdè ad scriptorum veterum lucem: eos certo ordine vix dedero, sed vt venient sub stylum. Primùm noto, vario die initium consulatus olim fuisse: quod ex Liuii multis locis clarum. Donec anno demùm 598. inire & ipsi & alii Magistratus cœpere Cal. Ian. hoc traditum in Epitome Liuiana 47. etsi mutilè ac corruptè. Primus autem hic dies Consulibus valdè honoratus. Domum enim eorum populus & Senatus conueniebat, eósque salutabat, deducebat. [a] Claudian. de Cons. Eutropio.

Consulatus iniri solitus Calend. Ian. qui dies Auspictalis nominatus.

[a] Lib. 2.

——————*vulgata petebat*
Aula salutatum studiis; ——————

De comitatu Senatus & populi, [b] Ovidius,

Dumque latus sancti cinget tibi turba Senatus,
Consulis ante pedes ire iuberer eques.

[b] 4. Pont. eleg. 9.

Et [c] Claud.

Candida pollutos comitatur curia fasces.

[c] Lib. 1.

Hæc officia Consulum [d] Spartianus notat. *Romæ* inquit, *Prætorum & Consulum officia frequentauit.* Et [e] Sueton. *Relicto*, inquit, *nouorum consulum officio*, [f] Symmachus id appellat auspiciis interesse, vt, *Fortunati*, inquit, *sellam tuam læto agmine prosequuntur, auspiciis tuis quinis fasti integer amicus interfit.* [g] Et: *Apud egregium virum Consulem fauc absentiæ meæ, cuius honore gloriari*

[d] In Hadriano.
[e] In Iulio cap. 15.
[f] lib. 1. Epist.
[g] Lib. 3. Epist. 5.

gloriari noſtrum eſt, auſpiciis intereſſe fœlicium: Et appellat ideò, quia primo illo die munia omnia conſulatus ſui delibabant, velut auſpicii cauſa. Ideò & auſpicialis hic dies appellatus, de quo ſcripſi ad lib. 4. *Annal.* Taciti. *Initium* autem faciebant à religione, & deducebantur ſolenni iſto officio in Capitolium primò: vt vota ſcilicet concíperent, & ſingulos boues Ioui illic immolarent. [h] *Ouid* de Græcino Conſule.

At cùm Tarpeias eſſet deductus in arces,
Dum caderet iuſſu victima ſacra tuo.

Et [l] Lampridius. *Deinde in Capitolium ad vota concipienda & perficienda ſolennia ire noluit: omnia per Prætorem vrbanum, quaſi Conſules illic non eſſent, facta ſunt.* Et [l] Liuius clarè. *Conſulibus*, inquit, *quo die Magiſtratum inierunt, immolantibus Ioui ſingulis bobus, vt ſolent.* Spectatque ad hoc Conſulare ſacrum, quod [m] Suetonius in *Auguſto* ſcribit. *Et* [n] Plinius. *Adde* iterum [o] *Ouidium.* A Capitolio autem in Senatum deducebantur, gratiaſquè illic *Principi* agebant: iuſſi, vt Plinius inquit, Senatuſconſulto. *Atque* eodem iſto die munera Conſularia amicis mittebant: quorum mentio [p] *Symmacho. Grata mihi*, inquit, *fuere, ampliſſimi Conſulatus tui munera.* Vocatquè hæc *ſportulam Conſularem* idem [q] ſcriptor. Sed & in populum pecuniam ſpargebant, cuius effuſionis [r] Caſſiodorus meminit, lib. 2. & [ſ] lib. 6. *Eique* ſparſioni centena pondo auri attributa fuiſſe docet *Lex* 2. C. de *Conſulibus* vbi tamen vilitas hæc ſpargendi ab *Imperatoribus* tollitur, & ſumma ea ad aquæ ductus reparandos transfertur. Primis etiam his diebus in leges iurabant, ſicut & reliqui omnes *Magiſtratus*: nec fas cui-

quam

[h] Lib. 4. de Ponto: Eleg. 9.
[i] De Heliogab.
[l] Lib. 4. 1.
[m] Cap. 95.
[n] Lib. 11. cap. 37.
[o] Lib. 4. de Ponto Eleg. 4.
[p] Lib. 3 Epiſt. 61.
[q] Lib. 9. Epiſt. 1.
[r] Epiſt. 2.
[ſ] Epiſt. 1.

quam vltrà 5. dies gerere, nisi qui publicè id iuramentum præstitisset. t *Liuius*, C. *Valerius Flaccus*, inquit, *quia Flamen Dialis erat, iurare in leges non poterat: Magistratum autem plus 5. dies, nisi qui in leges iurasset, non licebat gerere.* Etsi u Plinius id iuramentum bis præstari solitum videatur innuere: semel cum disignati Consules essent, idque in manum Consulis renuntiantis: iterum in rostris, populo toto audiente, & formula etiam ipsa iurandi expressa ab eo in parte. Quem totum in locum in medio Panegyrico eius omninò vide. Atque simile iuramentum iterum præstabat consulatu iam gesto. Iurabant, inquam, nihil in eo scienter ie feciſſe contra leges. Plinius. *Itaque & aviturus Consulatu*, inquit, *iurasti te nihil contra leges feciſſe.* x Dio Cassius. *Augustus*, inquit, *defunctus Consulatu, iuramentum patrio more præstitit.* a Idem de Claudio, *Consulatu abiens*, inquit, *idem, vt alii, iuramentum præstitit, solitus id omnibus consulatibus suis facere.* Atque de hoc vltimo iuramento b Cicero capiendus. c Et Plutarchus. Et d Dio Cassius. Atque hæc penè primis diebus in vsu, quibus addo ritum, ad vim, & potestatem consulum spectantem: qui interdum, poscente salute publicâ, ita aucta est, vt par absolutæ & regiæ potentiæ esset. Modus augendi per Senatusconsultum: e quo Respub. Consulibus permitti dicebatur, f cõmendari, g defendenda dari. Quod tamen interponi non temere solet, nisi in atroci negotio vt h Salust. ait in vltima necessitates, vt i Liv. in ipso vrbis incẽdio, & desperatione omniũ salutis, vt Cæs. Formula Senatusconsulti breuis & solennis hæc,

t Lib. 31.
u In Panegyr.
x Lib. 73.
a Lib. 60.
b Lib. 5. Epist. 2. Et in L. Pison.
c In Cic.
d Lib. 57.
e Cic. 1. Catil.
f Cic. de arusp. resp. & Phi. 5.
g Cic. Phil. 8. & in I. Pison.
h In Cat. 1.
i Lib. 3.
l Lib. 8. bel. ciu.

VI-

B. 6

VIDERENT CONSVLES NE QVID RESP. DETRIMENTI ACCIPERET. Quo vno versiculo satis armatos eos semper fuisse; etiam nullis armis datis [l] Cicero scripsit. Vis enim eorum verborum hæc: [m] ut imperium summum merúmque Consulibus esset, exercitum parare possent, bellum gerere, coërcere omnibus modis socios atque ciues: & vno verbo, restituebatur iis hoc decreto ius regium vetus, per prouocationem aliásque leges ademptum. Antiquum autem valdè hunc morem esse & cum prima Repub. natum, docet [n] Liuius, qui eius, vt iam recepti meminit: solétque interponi in domestico plerúmque motu, in Tribunitiis seditionibus, pernitiosis legibus, coniuratione occulâ: aut etiam externo discrimine, sed extremo. Vide præter dictos [o] Vegesium & [p] Dionem. Ritum huic adiungo duplicem, qui ad insignia Consulum spectat & ad fasces, alterum de securibus ablatis, de quo satis dixi in [q] electis: alterum de diuisione fascium, qui sic habet. Consulibus duobus creatis, cum initio fasces 24. præferrentur, id est, singulis 12: in voce & inuidia populi res fuit: tanquam regno non depulso sed duplicato. Ea causa Valerius instituit, vt 12. tantum fasces Consulares conspicerentur, iique alternis mensibus apud alterum Consulem essent. Ita inquam, vt primo mense prior Consul eos haberet, secundo alter, itaque in orbem: [r] Dionysius & Dio Cassius. Sumere autem eos prior solebat, qui maior natu esset: idque obtinuisse videtur, vsque ad legem Iuliam, qui honorem hunc detulit numero liberorum. De vtroque vide [s] Valer. & A. Gell. Interea tamen consul

[l] Pro Mil.
[m] Salust. in Cat.
[n] Lib. 3
[o] Lib. 3. cap. 1.
[p] Lib. 37.
[q] Cap. 23.
[r] Lib. 4. lib. 51.
[s] Lib. 4. cap. 1.
[t] L. 2. cap. 15.

is qui sine fascibus, ne nullo insigni noscerentur, accensum habebat, qui eum præcederet, & [u] lictores qui sequerentur cum virgis seu bacillis. [x] Suetonius notat in Iulio. Et [y] Liuius de Decemuiris. Denique postremò obseruo ritum, qui ad tempus gerendi Consulatus pertinet, quem olim annuum fuisse scimus: mutatum tamen statim cum Rep. & à Iulio Cæsare, Anno V. C. 708. plures Consules vno anno facti. Designabantur enim in tres, duos, imò vnam mensem, & alii atque alii substituebantur. Mos novus & obuia exempla: à quo tamen manasse moneo, vt duo genera Consulum nominarentur, ordinarii & suffecti. Ordinarii, qui more prisco principio anni, & Cal. Ian. inirent: suffecti autem, omnes qui deinceps substituti. Illi honestiores censebantur: quia nomen illorum magis celebre & æternum, cùm ab iis tantùm tempora & anni numerarentur. Seneca. *Consulem me fecit, sed non ordinarium.* [u] Suetonius in Domit. *In sex Consulatibus vnum ordinarium tantùm gessit.* [x] Symmachus. *Delatus est à clementissimis Principibus ordinarius Consulatus.* [y] Lampridius. *Consulatum tertium iniit tantum ordinarium.* Hæc diuisio & hic mos ad Constantinum Imperatorem mansit, qui consulatum iterum annuum fecit: & pro suffectis nouum genus reperit, quos Consulares dixit, siue etiam Consules honorarios, quorum origo à Consularibus ornamentis, quæ instituerat iam olim C. Cæsar apud [z] Sueton. Extat consularitatis formula (ita honorem hunc appellabant, non Consulatum) in [a] Cassiodori lib. 6. quem omninò suadeo legas. itémque de istis capienda, L. 4. C. de Consul. & N. C. 62.

[u] Dionys. l. 5. initio.
[x] Cap. 20.
[y] Lib. 3.
[u] Cap. 2.
[x] Lib. 9. Ep. 110.
[y] In Alexan.
[z] Cap. 76.
[a] Epist. 21.

CA-

CAPVT X.

De Prætoribus. Nomen eorum, Institutio. Numerus. Insignia.

IVxta Consules, Prætores meritò sequuntur, qui dignitate proximi & [a] collegæ Consulis appellantur, quoniam iisdem auspiciis creabantur. Nomen illis [b] siue quòd præirent, siue quòd præessent: merè Latinum & sanè vetus. Populi enim plerique è Latio Imperatores & duces suos Prætores appellarunt: vti exempla in Livio crebra. Sed & Etrusci Prætores habuisse videntur, inter ordinarios & legitimos Magistratus. [c] Spartianus me docuit: *In Etruria*, inquit, *prætorem Imperator egit, per Latina oppida Dictator, & Aedilis, & Duumvir fuit.* Et vetus in Italia inscriptio: *Prætor Etruriæ xv. populorum.* Ita vt latè omninò patuerit olim id nomen: *nec solum*, vt [d] *Asconius* ait, *veteres omnem Magistratum cui parceret exercitus, Prætorem appellarunt, sed quemcunque in re probana siue etiam sacra Præfectum.* Sic in monumentis lego. *Prætorem Tiburtinum*, *Prætorem sacrorum*, *Prætorem sacris Volcani*, *Prætorem iuuentutis.* Nec scio, an lata ea significatione Suetonius sumpserit, cum libros de Prætoribus inscripsit: sed commune tamen anteà nomen & Consulibus ipsis vsurpatum, proprium esse cœpit huic Magistratui: qui institutus anno vrb. c. 388. Causa instituendi duplex. Vtilitas & æmulatio. Vtilitas, quia cùm Consules sæpè bellis avocarentur, nec esset in vrbe qui ius diceret, ex vsu fuit Magistratum creari, qui propriè huic muneri

[a] Liv. lib. 7. & A. Gel. lib. 13. ca. 14.

Prætor dictus, vel quòd præiret, vel quod præesset aliis.

[b] Varro li. 4. de Lat. Ling.

[c] In Hadr.

[d] 3. In Ver.

Prætor Antiquis pro omni Magistratu & Præfecto.

Prætorem Vrbi Rom. quando acceperit.

muneri vacaret. Aemulatio, quoniam, vt [t] Liuius indicat, Patricii novum hunc honorem avidè quæsiuêre, in locum erepti Consulatus. Creatus autem initio vnus: posteà circa annum 11. v. C. 510. alter adiectus, qui ius item diceret: sed diuisis muneribus, ille inter ciues, hic inter ciues & peregrinos. Itaque cognominibus etiam distincti fuêre, [f] & alter Vrbanus, alter Peregrinus appellari. Ille tamen honestior digniorquè: adeò vt velut proprio cognomento *Honoratus* appelletur ab [g] Ovid.

Verbaq; honoratus libera Prætor habet.

Et eius quod ab eo, edictisquè eius descendit, [h] Honorarium. At posteà duo etiam alii additi, paulò diuerso fine: qui vt priores, Consules adiuvârunt in iure dicendo: sic isti in prouinciis regendis: id factum anno vrbis cond. 520. Sardinia & Sicilia in prouinciam redactis. Et duo etiam adiecti, Hispaniis deuictis, ann. vrb. cond. 557. Ita in vniuersum tunc Prætores sex: è quibus duo soli in vrbe manebant, reliqui quatuor statim ac renunciati erant, in prouincias ibant quas sors assignârat. Id mansit donec quæstiones perpetuæ constitutæ sunt an. vrb. cond. 605. & Senatui tunc visum, vt Prætores omnes ipso anno Magistratus sui in vrbe hærerent, & parte aliqua ius tangerent, siue publicũ, siue priuatũ. Et paulò post [i] Sylla, vt quæstionum numerũ auxit, sic & Prætorũ: factique octo. Errat enim [l] Pomponius, qui asseverat de decẽ. Primus C. Cæsar denos creauit, & posteà 16. vt [m] Dio tradit; & maiori licentiâ Triumviri 67: quod idem scriptor asseruit. Augustus tamen temperauit, & duodenario numero inclusit, sed frustrà: quia iterum 16. facti, quibus

Claudius

Cur inducti;
e Initio l. 7.
Prætor initio vnus, alter posteà adiectus.
f Sen. li. 1. de trag. vitæ ca. 4.
Prætor. Vrbanus, Peregrinus.
g 1. Fast.
Ius honorarium.
h L. 2. D. de orig. iur. & l. 7. De iust. & iur.
Prætores vnà 6.
i Cle. pro Mil.
Octo à Sylla.
l L. 2. D. de orig. iur.
Decem à Cæsare, & 16.
m Lib. 42. & 53.
n Lib. 48.
12 Ab Augusto.

B.8

18 *A Claudio.*

n L. 2. D. de orig. iur. Vlp. in Instit. 25.

Claudius duos etiam adiecit, qui propriè ius dicerent de [n] Fidei commissis. Ex his Titus vnum detraxit: sed Nerua restituit, cum munere vt ius diceret inter priuatos & fiscum. Tutelarem etiam Prætorem à *M.* Antonino Philosopho institutum, [o] Capitolinus prodidit, & meminere [p] Leges. Ita in vniuersum 18. Prætores facti: donec paulatim minuente Imperio, minuti ipsi, & tres tantùm creati, [q] lege Valentiniani & Martiani Augustorum. Atque hæc de numero & argumento breuiter. insignia addam quæ non obscura. Prætextæ enim togæ iis ius, item sellæ curulis. Lictores cum fascibus [r] sex habuêre: vndè Polybius & Græci ἑξαπέλεκυν Prætorem plerúmque vertunt. Nec lex vetus apud Censorinum me turbat, quæ Prætori vrbano duos tantùm lictores tribuit: quia capienda hac mente, vt minimùm duo semper in Tribunali eius adsint & appareant, non vt plures.

Prætor Tutelaris.

o In vita Anton.

p L. 3. & 4. in C. Theodos.

q L. 2. C. de offic. Prætor.

Prætorũ insignia.

r Valer. l. 2. c. 1.

CA-

CAPVT XI.

De officiis Prætorum.

AD munera Prætorum præcipuè tria, Ludi, *Sacra*, *Iurisdictio*. *Ludos* enim varios dabant ad populi gratiam: [a] vti exempla occurrunt passim. Sacrum etiam plerumquè curabant *Bonæ Deæ*, quod domi eorum ab vxore fiebat. Plutarchus in Cæsare docet, [b] Cicero & [c] *Martialis* etiam suo æuo in vsu ostendit, vbi populare id sacrum appellari moneo, quia pro populo fiebat, vnde & δήμιον dictum notat Festus, etsi interpretatione addita non bona. *In* has autem duas res magni facti sumptus. Martialis integro illo epigrammate ostendit. [d] Capitolinus. *Alii* vnde venit Proverbii loco ab [e] *Augustino* vsurpata sentiunt, *Prætoriana precia*, pro *Magna*. *Ita illectus erat studiis*, inquit, *vt preciis Prætorianis conficiendos sibi codices curârit*. Hæc duo munera, siue onera potius, sola ferè mansêre Prætoribus, labenti imperio: vt non frustrà à Boëtio [f] scriptum sit, *Prætura, magna olim potestas, nunc inane nomen & Senatori census grauis sarcina*. At tertium maximumquè olim munus, iurisdictio: quam dupliciter considero, in priuatis, & publicis iudiciis. *Priuata* iudicia, id est, res ciuiles, tractabant duo soli è *Prætoribus*, *Vrbanus* & *Peregrinus*. *Publica*, siue res criminales, reliqui omnes: ita tamen, vt singulis certæ essent quæstiones, vna pluresuè. De quibus diffusè & subtiliter dicere, non nostrum: latus enim campus,

Munia Prætorũ. 3

Ludi,
Sacra,
Iurisdictio.

a Tac. 8. An. Plutarch. in Brut. Appi. l. 2. bel. ciu.
b L. 1. ad At. Epi. 10.
c Epigr. 41 li. 10.
Sacrum populare.
d In Max.
e Lib. 6. confess. cap. 10.
Prætoriana precia
f L. 3. de consol.

Iurisdictio in causis,
Priuatis,
Publicis.

pus, & quem meritò decurrant soli iurisconsulti. E quibus ante omnes legi suadeo g Barnabam Brissonium.

g Lib. 5. formul.

CAPVT XII.

De Aedilibus. Eorum nomen. Institutio & genera.

TErtio loco *Aediles* censeo, quibus nomen vt plerique omnes volunt, ab ædium cura, siue quòd ædes sacras priuatasque curarent, vt a *Varro* ait, siue quòd ædibus præessent, in quibus omnia scita sua plebs deferebat, vt b *Pomponius*. Festus magis nouè, & remotè ab adeundo deriuat: quia facilis ad eos plebi aditus esset. Sed reuerà vtrumquè etymon, si attentiùs inspicis, labat. Et verius fortasse, non tum nomen id primum *Romæ* natum, sed, ut pleraque, è *Latio* traductum, nec ex re impositum, sed ab exemplo. *Iam* olim enim *Aedilium Magistratus* in c *Latinis* oppidis: qui *Aediles quinquennales* cognominati in historiis & lapidibus passim. d Spartianus clarè. *Per Latina oppida, Dictator, & Aedilis, & Duumvir fuit.* Isque primus & summus, nisi fallor, municipalis Magistratus, ex *Iuvenali*:

a Lib. 4. de Lin. Lat. & Zonoras, lib. 2. Ann. & Dionys. lib. 6.
b L. 2. D. de orig. iur.
Aediles, à Cura ædium dicta.

c L. 30 D. Locati.
Aedilium nomine Latio traductum.
d In Hadr.

Sufficiunt tunicæ summis Aedilibus albæ.

Atque eos illic ab ædibus primò dictos, nihil abnuam: quia velut minuti Censores quidam erant, & ædium sacrarum priuatarumq; curam gerebant. *Instituti* autem *Romæ* vnà cum ipsis Tribunis plebis anno vrb. cond. 271. Plebs enim Tribunos suos nacta, *hoc amplius à Patribus petiit* inquit d Dionysius *vt duos è plebe creare sibi liceret, qui Tribunis velut administri & adiutores essent, quique eas causas cognoscerent, quas illi com-*

Quando Romæ cogniti.

d Lib. 6.

commiſiſſent. Itaque hi primi, *Aediles plebis* appellati. Additi poſteà anno vrb. cond. 388. duo è Patribus, qui ludorum cauſa præcipuè creati, (e Liuium vide) & cum diſcrimine *Aediles Curules* dicti, quoniam ea ſella honoris cauſa vrebantur. Priores enim f illi tantùm ſubſelliis vtebantur, vt & Tribuni & Quæſtores. Itaque hi digniores: & μείζονα ἀγορανομίαν g Plutarchus appellauit hanc curulem. Curulis autē ſella à curru dicta, vt h vulgi opinio eſt: quam Iſidorus appoſitè firmat. *Conſules olim*, inquiens *& Prætores ob longinquitatem viæ curru in forum vectos, ideoquè & ſellas, quæ poſt eas vehebantur, in quibus ſedentes iura redderent*, *Curules dictas*. Cui tamen deriuationi ſcriptura & dimenſio repugnat: veriúſque à Curibus olim dictam. Forma eius in nummis crebrò expreſſa: nec diſſimulis ſellis iis, quas Hiſpanicas vocamus, & quarum in aulis vſus. Deſcribit i Plutarchus, & incuruis pedibus fuiſſe oſtendit. Itaque in gloſſis priſcis ſella curulis explicatur ἀγχυλόπους, θρόνος βασιλικός. Altas facit l Silius:

Hæc altus eboris decorauit honore Curules.

Itémque l Lucanus:

Lentulus e celſa ſublimis ſede profatur.

Non quia ſellæ ipſæ ampliſſimæ, ſed quia adiuncti gradus plures. m Caſſiodorus. *Sellam Curulem pro ſuæ magnitudine multis gradibus eniſus aſcendit.* Ebore autem eæ tectæ, ideoquè n Horatius circumſcripſit. ——*Dabit q, curules*

Cui volet importunus ebur——.

Et o Athenæus de Antiocho rege, ſediſſe eum ait eburnea ſede ritu Romanorum, ſignificans Curulē. Nec aliter Græci vertunt, quā ἐλεφάντινον θρόνον aut ἵππον. Quo exemplo cuā p Vopiſcus, ſellam

Aediles plebis.

e In fine l. 6. & initio lib. 7.

Curules.

f Aſcon. Præd. in diuin. Cic.

g In Mario init.

h Agel. l. 13 ca. 18

Curulis ſella à Curibus dicta.

i In Matiq.

Pœna eius.

l 8. Punic. Libr 15.

m L. 6. Epiſt.

n L. 1. Epiſt.

o L. 5. c. 4.

p In Aurel.

sellam eburatam dixit. Cælatum & sculptum id ebur fuisse, q Ovidius ostendit.

q Eleg. 9 4. de Pon.

Signa quoque in sella nossem formata curuli,
Et totum Numidæ sculptile dentis opus.

Nec plures Aediles ad tempora C. Cæsaris: qui duos præterea adiecit, anno vrb. cond. 710. Quos è Patribus creari tantùm voluit, & quia frumentariæ curæ præfecti: à Cerere Cereales dixit, r Dio & s Pomponius. Ita sex in vniuersum Aediles. Triplici tamen discrimine, quos ad Constantini Magni tempora in Rep. perseueraſſe crediderim, & ab eo, vt pleroſque Magistratus sublatos.

r Li. 43. extr.
s Lib. 2. D. de origiur.

Duo Aediles à Cæsare adiecti, iique ab officio Cereales.

CAPVT XIII.

De officiis Ædilium.

AT munera Aedilium quæ fuerint, pleraque omnia lege sua a Cicero breuiter expedit: *Suntoque Aediles*, inquit, *curatores vrbis, annonæ, ludorúmque solennium.* Ait Curatores vrbis: sicut b alibi dicere non veretur, totam vrbem iis tuendam commissam. Non malè, quod ea omnia ferè curabant, quæ ad ornatum aut ordinem vrbis. Primùm enim opera publica inspiciebant ac tuebantur, & templa Deorum c Cicero, d Varro. Secundò, incendiorum iis cura, & ne quod ab igne damnum: quod munus tamen Augustus imposuisse iis primus videtur ex e Dione. Tertiò, funerum taliúmque minutorum rituum institutio penes eos & conseruatio, ex Ovidio. 6. Fastorum:

a 3. De legib.

b 5. Verr. *Aedilibus curæ quæ ad vrbis ornatum omnia.*

c 5. Verr.
d De Ling. La. 4.

e Lib. 54.

Adde

Adde quod Aedilis pompa qui funeris irent
Artifices tantùm iusserat esse decem.

Sed & matrimoniorum quódque annexum iis: scortationum & meretricum coërcitio quædam & regimen, vt satis [f] docui. Denique balnea, aquæ ductus, cloacas, plateas, & loca omnia vrbis curabant, vt pura ea & munda, [g] Seneca de Balneis. *Dii boni*, inquit, *quam iuuabat illa balnea intrare obscura, & gregali testorio inducta, quæ scires Catonem tibi Aedilem, aut Fab. Max. aut ex Cornelijs aliquem manu sua temperasse.* Et alibi elegantèr. *Invenies voluptatem circa balnea & popinas, & loca Aedilem metuentia.* Et de munditie [h] Plautus: vbi cùm seruus imperasset, *Cape illas scopas, tu hoc conuerre, &c.* Parasytus subiicit, *Sine suffragio populi Aedilitatem hic quidem gerit:* Et plura ad hanc rem distinctè & aptè [i] L. vnica: vbi Aediles Papinianus ἀγορανόμους semper vertit, quod non aliud, quàm curatores vrbis. Sed addit secundo loco Cicero, *Annonæ Curatores:* Veriſſimè, quia non rerum vænalium ad eos cura & æstimatio solùm spectabat: sed etiam pecudum hominumquè. [l] *Aepuleius. Aedilem gerimus*, inquit, & *annonam curamus.* [m] Plautus. *Ita solet Neptunus, quamvis fastidiosus Aedilis est, si quæ improbæ sunt merces, iactat omnes.* [n] Persius,

Fregerit hominas Arreti Aedilis iniquus.

Imò ius etiam his de rebus dicebat: *Ex* Dione. *Mulctas imponebant. Ex* [p] *Papiniani lege. Edicta concipiebant. Ex* [q] *Plauto. Eugè edictiones Aediliti us hic quidem habet.* Omninquè vno verbo, regebant & dirigebant, quæ ad vænalium forum. Vnde Græci rectè ἀγορανόμους plerumquè eos vertunt [r] *A.* Gellium vide & [s] *Iu-*

f In Comment. 2. ad An. Vac.
g Epist. 87.
h Stycho.
i D. de via pub:
l Lib. 1.
m Rudent.
n Sat. 1.
o Lib. 53 init.
p L. vnica D. de vit. publ.
q Captiuis:
r Lib. 4. cap.
s It. tot. ædil. ha-

 risconſ.

risconsultos. Deniq; pro tertio munere Cicero adhuc, *Ludorum solennium curationem*. Et cautè solennium, quia statos ludos tantùm curasse videntur & publicè receptos, vt Florales, Megalenses, Romanos, &c. Non autem priuatos, funebres aut votiuos. Exempla huius curæ & muneris vbique prompta: & passim legas Aediles suo sumptu edidisse ludos, præfuisse, ordinasse, præmia siue pœnas actoribus distribuisse: deniquè scripta etiam examinasse & fabulas, quæ agendæ. [t] Donatum vide. Nec scio an ab hâc scenicâ inspectione manârit, vt ius quoddam iudiciumquè iis fuerit etiam in alios libros. Apparet ex decreto Senatus apud [u] Tacitum, quo iubentur Eediles cremare Cremutii Cordi scripta.

t In vita Terent.

u Lib. 4. aug.

CAPVT XIIII.

De Tribunorum nomine, origine, & ex quo ordine electi.

Tribuni nomen cum vrbe ipsa antiquitate certas Fest. lib.

QVartus in ordine Magistratus Tribunorũ est, quorum nomen vetus & origini vrbis penè æquale: [a] Nam Tribuni Celerum i. Equitum, nati statim regno Romuli: [b] dictaq; & ducta vox, siue à ternario numero, quia tres tunc tantũ populi partes, & ex singulis singuli crearentur ad exercitũ mittẽdi: siue à tribubus quòd earũ suffragiis crearentur, vel quòd iis præessent: quo sanè exẽplo à Curiis *Curiones* dicti. Vtcunq; de etymo sit, latè fusũ est nomen, & vis ea ferè subest, vt Curatorẽ ferè significet, aut Præfectum. Itaque cum additione vsurpârunt: Tribunus Celerum, Militum, Aerarii Plebis: & posteriore æuo sub Princip. Tribunus [c] Voluptatum, [d] Matrimoniorum, [e] Chattariorum,

d Lib. 2. de orig. iur. ff. Isdem Varro lib. 4. de Ling. Lat.

Ratio nominis. Vis & potestas nominis.

c Cassiod. lib. 7. Var. Epist. 10.

d Idem lib. 12. ep. 24.

Idem lib. 7. ep.

rum, [f]Prouinciarum, quæ genera in Cassiodoro lego: & Tribunus Chori in lapidibus, & Tribunus Scholarum in codice Iustiniano. At diuersi hi nostri, & digniores aliis: quorũ origo à seditione, cùm enim plebs in noua libertate variè premi videretur à patribus, Anno vrb. con. 260. secessit in montem sacrũ, nec reduci in vrbẽ potuit, nisi vt propriũ hunc Magistratum haberet, iuris sui vindicẽ & custodem. Creati autem initio duo, mox tres adiecti: denique ann. V. C. 297. iterum quinque additi, decemque in vniuersum facti, qui numerus deinceps in Rep. mansit. Et quoniam primi Tribuni Magistratum occœpere 4. Idus Decembris, hoc quoque obtinuit, vt Tribuni non Cal. Ian. irent, sicut Magistratus cæteri, sed illo ipso die. [g]Dionysius clarè, & ab ea mente [h]Appianus comitia Tribunorum refert in æstate. Quia autẽ pro plebe creati, hoc quoque mansit, vt tantùm ex plebe, nisi quod semel patricios duos cooptatos reperio apud [i]Liuium, imò plerumque infima plebe: donec lata lex, vt crearentur tantùm è Senatu, id est, vt nemo Tribunus esse possit, nisi qui anteà Senator: Senator tamen Plebeius. Id quando institutum, disertè haud scio, imò vix ipsi veteres: inter quos [l]Appianus ambigit, referat ne id ad Syllam: *Nec constat*, inquit, *an Tribunatum vti nunc est, à plebe ad Senatum transtulerit.* Atteius tamen Capito apud [m]AGell. (vt ego quidem interpretor) ad Attinium plebiscitum: quasi dicat, Attinio plebiscito lectos è Senatu; quanquam nec de tempore eius plebisciti constet: nisi quòd P. Atinium quendam Tribunum reperio C. Iulio Cæs. & M. Bibulo Coss. Certè, quidẽ libera adhuc

[f] Idem lib. 7. ep. 30.

Tribunus chori in lapidibus. Tribun. Scholarum.

Tribunorum creatio prima.

Numerus.

Quo die inibant Magistratum.

[g] Lib. 7.

[h] Lib. 2. Ciui. Plu. problem. 81.

[i] Lib. 3.

E plebe tantum.

[l] Lib. 1. ciuil.

[m] Lib. 14. cap. ult.

Nemini ius petendi Tribunatũ nisi Senatorio.

Rep. id in vsu fuisse, docet apertè [n] Suetonius. *In locum*, inquit, *Tribuni plebis demortui, candidatum se ostendit, quanquam Patricius, nec dum Senator.* Itaque non ius petendi tribunatus, nisi Senatori. [o] Plinium ita exaudio. *Ego*, inquit, *sextò latum clavum à Cæsare nostro, ego quæsturam impetraui meo suffragio, pervenit ad me ius tribunatus petendi.* Et [p] Suetonius idem vt novum notat, quòd comitiis Tribunitiis si de essent candidati Senatores, ex Equitibus creauit.

n In Aug. cap. 10
o Lib. 2. Epist. 9.
p In Aug. cap. 10

CAPVT XV.

De officio & potestate Tribunorum.

Tribuni Consulibus ad eorum potentiam coercendam.

HAEc origo Tribunorum, hæc creatio, eaquè ratione Consulibus Romæ oppositi, qua Lacædemone Regibus [a] Ephori. Itaque munus eorum initio vnum & simplex, auxilii latio. Creati enim contra vim potentiámque Magistratuum, scutum duntaxat impediendi ac defendendi habebant, non agendi aut legendi telum. Oppressos iurabant, eripiebant: iniqua decreta aut iussa, siue Senatus siue Magistratuum rescindebant. Eoq; fine, vt [b] Plutarchus notat, ianuæ eorum nocte diequè patebant, vt paratos se ostenderent, ad querelas & desideria miserorum excipienda. Sed nec vllam noctem abesse ab vrbe legitimè poterant, vt [c] Dio ait: siue diem nullum, vt [d] A. Gell. vel vt magis arctè [e] Appianus, mœnia egredi iis non licebat, hâc eadem scilicet causâ.

a Val. l. 4. cap. 5. Cic. lib. 3. de Leg. Plutar. in Coriol.
b Probl. 81.
Ianuæ Tribunorum semper apertæ.
c Lib. 37.
d Lib. 3. cap. 2.
e Liv. 2. civil.

causâ. *Ad* auxilium autem ferendum, parata intercessio, quæ peragi solita vno & solenni verbo, VETO. [f] Liuius. *Faxo*, inquit, *ne iuuet vox ista* VETO, *qua nunc concinnentes collegas nostros, iam læti auditis.* Cuius intercessionis tãta vis, vt priuati Magistratúsque omnes parerent: qui non fecisset; vel per viatorem tribunitium in carcerem abriperetur, vel die dicta apud populum accusaretur, vt violator sacrosanctæ potestatis. Tales enim ipsi, eâque de re leges veteres apud [g] Dionysium & Liuium. Quin [h] Cicero hoc amplius notat. *Eam* esse sanctitatem *Tribunatus*, vt non modò contra vim & ferrum, sed etiam contra verba & interfationem legibus sacratis sint armati. Ea autem intercessio valida etiam inter Tribunos ipsos: adeò vt vno è Collegio vetante, irritæ sint reliquorum omnium actiones. Atque hoc est quòd extremum *Tribunorum* ius [l] Cæsar appellat: Et quòd etiam à *Sylla* relictum iis fatetur. *Itaque* agere, imperare, decernere, remotum à primis Tribunis: donec paulatim fiducia sancti iuris, progressi vlteriùs sunt, & limites protulerunt sui *Magistratus*. Quiolim in *Senatum* non veniebant, sed ante valuas curiæ positis subsellis sedebant [m] (Valerius ita author) ii mox Senatum conuocare ausi: *quod* cæpisse primùm anno vrb. cond. 297. Dionysius curiosè notat. *Imò* dimittere etiam ab alio convocato, quod [o] Appianus monet de Curione. *Senatum*, inquit, *re infecta dimisit, potest enim hoc Tribunus plebis facere.* Denique [p] concionem aduocare, tabernas claudi iubere, leges & rogationes ferre, iudicia quædam exercere: immensum scilicet aucta potestate postquam plebiscita

[f] Lib. 6. *Intercessio.*

[g] Lib. 6. in fine, & lib. 7. circa medium.

[h] Pro Sextio.

[i] Plutarch. in Cat. nun.

[l] 1. Bel. civ. l.

Tacitus 1. Ann. vbi Tiberius conuocat. Senatum iure Tribunitio.

[m] Lib. 2. cap. 2. *Vis Tribunitia.*

[n] Lib. 10.

[o] Lib. 2. civil.

[p] Varro lib. 5. de Ling. Lat. Liv. 9. Cic. 1. Agr.

lege Hortensia omnem populum tenuere. Itaque qui frænum aliis iniecêre, fræno ipsi eguêre: & cum per hanc immoderatam licentiam materies crebra seditionum & turbarum esset, Sylla Dictator potestatem Tribunitiam valdè circumcidit, imò penè exscidit. Vetuit enim ne leges ferrent, ne concionarentur, ne prouocaretur ad eos. Solumquè & nudum ius intercedendi reliquit. Hoc ampliùs, vt abstterreret homines ab eo magistratu capessendo, sanxit, vt ne cui Tribuno aditus pateret ad alium Magistratum. Quam tamen postremam legem, statim eo mortuo q Aurelius Cotta Consul abrogauit: sicut reliqua etiam Pompeius Magnus in primo Consulatu. Ita Tribunis iterum permissum vetus ius ad Imperatores vsque, qui Tribunitiâ potestate sibi sumpta, insignia penes eos reliquerunt, & penè inane nomen. Quod tamen in imperio Romano ad Constantini tempora mansit.

Potestas Tribunitia à Sylla imminuta.

q Ascon. in Comment: pro Corn.

CAPVT.

CAPVT XVI.

De Quæstoribus, vnde dicti: Quando & quàm multi facti denique ius eorum & munus.

QVæstores ordine primi, dignitate vltimi inter *Magistratus*. Iis non ambiguè nomen à quærendo: quòd pecunias publicas cõquirebant, [a] reponebantque: ideo & ταμίαι Græcis dicti. Origo eorum vetustissima inter Magistratus, vt [b] Pomponius & [c] Tacitus volunt: quippe qui instituti sub ipsis regibus. Sed an eodẽ hoc munere, an potiùs de crimine quærendi causa, ambigo. *V*erius sentio, Quæstores istos pecuniarios, libera *R*ep. creatos: cùm aucto videlicet populi ærario, opus fuit qui ei præessent: id accidit Anno vrb. co. 269. si [d] Dionysio & [e] *L*iuio fides: à quibus tamen paulò diuersus [f] *P*lutarchus, qui refert ad annos primos partè libertatis. Tacitus sanè consulibus primis etiam Quæstores attribuit: sed ita, vt ipsi eos eligerent: *D*onec, inquit, *cum quoque honorem populus mandaret, quòd factum anno 23. post reges ejectos.* Ita enim in eo scribendum, non 63. Fuere autem initio duo tantùm Quæstores, qui vrbanã omnẽ pecuniam tractarent, & ærario præessent, quòd in æde Saturni: iique *V*rbani dicti. Postea cum aliis etiã opus videretur, qui peregrè pecuniã, militarẽ administrarent, prædã venderent: duo iterũ creati, qui cõsulibus ad ministeria belli præstò essẽt, vt [g] Liv. ait, id accidit anno vrb. cond. 332. atque is numerus

[a] Var. lib. 4. de Ling. Lat.
[b] Lib. 2. de D. de orig iur.
[c] Lib. 11. ann.
Quæstores à quærendo.
Eorum origo ante v. c. 269.
[d] Lib. 8.
[e] Lib. 3.
[f] In Publicol.
Quæstores primitus duo, iique Vrbani.
Quæstorum numerus auctus, & cur?
[g] Lib. 4.

c. 6

merus diu manſit: donec ſtipendaria tota Italia, duplicatus is eſt, factíque octo: ad tractanda ſcilicet Prouinciarum etiam vectigalia, in quas cum Conſulibus aut Prætoribus ſorte mittebantur. Quod euenisſe argento primùm ſignato, id eſt, circa annum vrb. cond. 439. obſeruo ex Epitoma Liuiana 15. Ac mox lege Syllæ viginti creati, ad Senatum ſupplendum, vt [h] Tacitus ſuggerit: nec abſimili fini, quadraginta à Cæſare, vt [i] Dio. Hæc inſtitutio, & augmentum: nec obſcura adhuc eorum munera, è quibus præcipuum, pecuniæ publicæ acceptio & expenſio: [l] item ſignorum militarium (ex argento vel auro, non enim velis vtebantur) in ærrario aſſeruatio, prædæ venditio, & [m] ſubhaſtio: [n] legatorum exceptio, deductio, hoſpitii aſſignatio: certæ etiam per Italiam præfecturæ, vt Oſtienſis & Calium. De quibus [o] Tacitus, & ibi nos. Et [p] Suetonius. Sed & decreto Auguſti, Senatuſconſulta iis aſſeruanda tradita: quæ anteà penes Aediles & Tribunos. [q] Dio notat. Fuit etiam ſub Imperatoribus, vel vt proprius eorum Quæſtor, qui Candidatus principis vocabatur, vel Quæſtor principis ſiue Auguſti: cuius munus expreſſũ ab [r] Vlpiano. De quo ſatis multa [ſ] Briſſonius. Ab hoc origo Quæſtoris Palatii, qui ſub Conſtantino cœpit. quæ deinceps magna dignitas, cuique datum leges & decreta condere, petitionibus ſubſcribere, & omninò iuris quidam ac legum cuſtos ac præſes fuit, quod nomen hodiè in Cancellarium mutatum eſſe verè dixerimus. De hoc [t] Soſimus de ſaluio. *Cuius erat officium*, inquit, *dictare quæ Principi viderentur*. Quæſtorem à Conſtantini temporibus appellant.

[h] L. 1. Ann.

[i] Lib. 43.

[l] L. v. l. 4. & 7. *Munera.*

[m] Dionyſ. li. 4 & Pet. Faber l. 2. ſemeſt.

[n] Plut. quæſt. 43. Valer. l. 5. ca. 1. & apud Liuium aliquot locis.

[o] L. 4. Ann.

[p] In Claudio. c. 22.

[q] Lib. 45. extr. *Quæſtor Imperatorum Candidatus dictus.*

[r] L. vnica D. de offic. quæſt.

[ſ] Lib. 1. Select. ant. q. c. 16. Suet. Titi cap. 5. Nero. cap. 15. & Aug. c. 65. Vel. Pater li. 2. *Quæſtor in Cancellarium noſtrũ deſit.*

[t] Lib. 4.

appellant. Meminit & [n] Procopius. *Tribonius*, inquit, *erat* πάρεδρω τῶ βασιλεῖ, Κοναίστορα καλοῦσι ῥωμαῖοι. [x] Symmachus eleganter & [y] Cassiodorus.

u De bel. Persic.
x Lib. 1. epist. 171 & lib. 4. epist. 50.
y Lib. 10. Epist. 6. & optimè li. 5. Epist. 4.

CAPVT XVII.

De Dictatore. Vnde illi nomen: Origo & causa eligendi, item modus. Denique vis eius & potestas,

ORdinarios & perpetuos in Rep. Roman. Magistratus breuiter explicaui: supersunt intermissi & extraordinarii: inter quos iure primum locum dem illi (qui Magistratuum omnium primus) Dictatori. Cui nomen siue quòd diceretur à Consule (ait Varro) cuius dicto omnes audientes essent: siue potius à dictando, quia crebrò diceret, ediceretquè quæ essent ex vsu, Quæ [b] Dionysii mens est, & Suidæ vertentis εἰσηγέτην τῶν λυσιτελῶν, id est, authorem rerum vtilium. Dictus alio nomine [c] Magister populi, [d] Prætor Maximus: quæ voces præstantiam scilicet Imperii præferunt & dignitatis. Cæterùm & res & nomen Dictatoris sumpta est ab Albanis, consanguineo populo: quod cùm apud Dionysium Licinius Macer affirmet: suadet etiam [e] Liuius, qui iam inde sub rege Tullo, Dictatorem Albanum Metium Suffetium agnoscit. Et [f] Spartianus ordinarium veteris Latii magistratum fuisse docet: *Per Latina*, inquit, *oppida Dictator & Duumvir fuit.* Ipse tamen Dionysius à Græcis exemplum esse natum;

a Lib. 4. de Ling Lat. *Dictator à dictando.*
b Lib. 5.
c Sen. Epist. 109. Cic. 3. de Liu. Festus Optima lex.
d Liv. l. 7. *Eadem Dictator; Magister pop. Prætor Max. Dictatura ab Albanis desumpta.*
e Lib. 7.
f In Had.

natum: apud quos non dissimili iure Aesignetæ. Origo eius & prima institutio controuersa, quoniam Dionysius fidus certè & cautus scriptor, refert ad annum vrb. cond. 255. At Liuius & plerique è Latinis biennio prius, videlicet 253. creatum eum volunt, nono scilicet anno post reges exactos: etsi § Liuius in affirmando titubat, & obscuram ambiguamquè rem non negat. Causa prima eligendi, seditio fuit & metus ab hoste. Cùm enim sperni viderent consulare nomen, cui per prouocationem adempta præcipua vis: decursum ad hoc singulare imperium, vt esset qui rigida & regia potestate, plebem siue hostes coërceret: *M*aior enim & concordior vis in vnius *I*mperio: quem collega nemo aut improbè turbat, aut imperitè perdat. *A*tque hæ præcipuè sanè etiam deinceps creandi causæ: seditio, inquam, aut bellum grauius (nec alias § Cicero commemorat) nisi quòd patulatim creatus etiam causis pluribus, quæ in Fastis passim expressæ: vt, clavi figendi causa; comitiorum habendorum: ludorum faciendorum: quæstionis exercendæ: Senatus legendi: denique quoties breui aliquo & extraordinario Imperio opus esset. *S*ed priores illi serii veriquè Dictatores, ferè cum hoc titulo leguntur: *Rei gerendæ causa*: quod ad bellum spectat: Vel *Reip. constituendæ causa*: quod ad turbas. Eligi porrò solet alia quadam via & modo quàm cæteri omnes *M*agistratus. *N*on enim suffragiis populi, sed Senatu iubente à *C*onsule dicebatur: qui noctu auspicato, aliquem è Consularibus, quem sibi cumque visum esset, nominabat. Quòd *noctis*, [h] *L*ivius aliquoties

Tempora instituta Dictaturæ.

§ Lib. 2. *Livius T. Largium Dictatorem primum creatum fuisse putat.* 12.

§ 3. *De Leg.*

Electio pœnes Senatum, à Consule.

h Lib. 9. *Noctu.*

quoties docet, & clarè. *Noctis deinde silentio, vt mos est, L. Pætyriam Dictatorem dixit.* Quòd *auspicato*, [l] Cicero. *Isque aue sinistra dictus, Magister populi esto.* Itemquè [l] Liuius indicat. Quòd è *Consularibus* tantùm, idem [m] Liuius. *Consularem*, inquit, *legere: Ita lex iubebat, de Dictatore creando lata.* Et prudenter profectò, quòd vnius hoc regimen creatum ab vno. Cùm enim subitò celeriquè remedio opus esset, quæ ratio fuisset suffragia expectare & campum? Imò, cùm sæpè contra ipsam plebem, quomodo eligeretur à plebe? Quanquam variatum interdum in hac re non nego: siue per absentiam Consulum, siue per licentiam eorum qui Dictaturas inuasêre. *Potestas* autem huius *Magistratus* ampla, vel potiùs eximia. De pace enim bellóque agere, exercitus scribere, educere, dimittere, omniaquè negotia gerere liberè & pro arbitrio poterat: adeò vt nihil horum, vel ad Senatum referret: notant [n] Dionysius & [o] Polybius. Itaque non solùm ius omne duorum Consulum in [p] vnum translatum (quâ de causâ δυϊσπατον, quasi duplicem Consulem Græci eum vocant) sed hoc amplius, creato eo cæteri omnes Magistratus abdicabant, [q] Tribunis tantùm exceptis: relinquebaturque velut frænum Reipublicæ in manu vnius. [r] Quin bona illi ciuitatemq; adimere ius, animaduertere in vitã & caput ciuium: idque sine vlla prouocatione. Ad quod singulare ius exprimẽdum 24. fasces illi præferebantur, & totidẽ secures etiam in vrbe, vt nihil mirer terroribus tantum propositis à [s] Liuio scriptum, *edictum Dictatoris pro numine semper*

i 3. de leg. *Auspicato.*
l Lib. 8. *E Consularibus.*
m Lib. 2.
Potestas.
n Lib. 5.
o Lib. 3.
p Cic. 3. de Leg.
q Plutarch. Fab. Plutarch. quæst. 81. Polyb. l. 3.
r Dionys. lib. 8.
insignia.
s Lib. 8.

C 8

per obseruatur. De prouocatione tamen non perpetuum fuisse [t] Festus suadere videtur: Et quod apud [u] Liuium illustre exemplum extat prouocationis. Etsi abrogatam eam expresse nusquam legerim: & videam Syllam posterioresque Dictatores summo eo iure vsos. Sed hæc tamen tanta vis meritò terminis quibusdam circumscripta, ne exorbitaret. Primùm enim semestre duntaxat illud imperium esse voluerunt: ne in tyrannidem spacio aut consuetudine iret. Et quòd quibusdam prorogatum in annum repetias; ob necessitatem Reipublicæ factum scito & propter morem: vt in Camillo, L. Papyrio, Fabio Maximo. Nam Sylla & posteà Cæsar, qui Dictaturam perpetuam inuasêre, leges & instituta Reipublicæ palàm scilicet spreuêre. Secundò, locis etiam inclusa: nec permissum Dictatori cum Imperio extra Italiã ire: scilicet, ne procul ab oculis ciuium & Senatus res faciliùs innouaret. [x] Dio clarè notat, idquè semel duntaxat veteri Republica violatum in Attilio Calatino, qui primus Dictator extra Italiam exercitum duxit. Obseruat Liuii Epitoma 19. Tertiò, equum ascendere ei vetitum, nisi ad bellum ituro [y] siue vt ostenderetur vis præcipua Romanorum in pedite: siue potiùs ad arrogantiam minuendam, & in hac parte cum plebe equaretur. Atque his cautionibus & modestia gerentium factum, vt per annos quadringentos quietissimè & optimo publico Magistratus is gereretur: donec L. Sylla & C. Cæsar in tyrannidem eum verterunt, & nomen id exosum fecêre Romanis. Adeò, vt post necem Cæsaris lata lex sit, qua Dictatura è Rep. in æternum sublata. [a] Cicero, [b] Dio & [c] Appianus Hæc

[t] In voce optima lex.
[u] Lib. 8.

Semestri spacio definita.

[x] Lib. 36.
Dictatori extra Italiam exercitum ducere nequicquam fas, vt nec equum ascendere.
[y] Plut. in Q. Fab.

Dictaturæ vsurpatio. Sublata.
[a] In Philipicis.
[b] Lib. 44.
[c] 3. civil.

Hæc de Dictatore. Cui velut adiutor & administer *Magister equitum* fuit: quem ipse Dictator sibi liberè eligebat, modò is tamen è Consularibus aut Prætoriis esset, sanè [d] Dio vt insolens notat, quod Cæsar Magistrum equitum *M. Antonium* legisset qui Prætor nondum fuisset. Itaque is loco & munere ferè Prætoris fuit, vt è Cicerone colligimus: habuitque eadem insignia, prætextam videlicet, Curulem, & lictores. Dio, lib. 42. & 43. *Magister equitum.* [d] Lib. 42. [e] 3. De leg.

CAPVT XVIII.

Census quando institutus, item Censores. Cur ita dicti. Tempus eius Magistratus, insignia: dignitas, & munus.

CEnsum rem salubérrimam populo Romano primus instituit Seruius Tullius, sextus inter Reges, nec *Magistratum* aliquem huic rei proprium attribuit, sed exercuit ipse: itaque regum id munus habitum: inque pulsis, Consulare, donec creleente paulatim Imperio, Consules non fuere tot oneribus ferendis. Ita cum intermissa diu Censio esset (per 17. annos inquit Dionysius) causa exorta desiderandi noui *Magistratus*: & Senatu inprimis admittente creati Censores anno vrb. cond. 311: Quibus id nomen ab ipsa re datum: siue quòd ad eorum censionem, id est, arbitrium, populus censeretur, ait [a] Varro: siue quòd quisque tanti sua æstimaret, quanti illi censuissent, ait [b] Festus. Et sanè à censendis æstimandisque facultatibus primò dictos, verissimum est: *Censum Reges & Cos. exercebãt.* *Censores creati.* [a] Lib. 4. de Ling. Lat. Rom. nominis. [b] In voce Censores.

quoniam potissima hæc creandi causa, & paulatim adiuncta cura morum. Itaque Græci etiã à taxatione vertunt τιμήτας. Duo autem initio creati: totidem scilicet quot Consules, quorum vicem etiam hâc parte sustinebant, & creati in annos quinque: nimirum quia lustris duntaxat singulis censeri populum vetus institutum fuit. Sed tamen paulò post, cùm dignitas & vis huic Magistratui creuisset, & nimis diuturnum id Imperium videretur, lege Aemilia cautum est (tulit eam Mamercus Aemilius Dictator anno vrb. cond. 320) ne plusquam annua & semestris Censura esset, quod in posterum obtinuit: & creati quidem singulis quinquenniis, at non in quinque annos. Amplius hæc tria ferè seruata in creatione eorum reperio. Primò, vt è Consulibus essent: quod post bellum Punicum secundum semper obtinuit, ante aliter interdum. Secundò, vt ne bis crearentur: quia onerosa populo futura videbatur [c] iterata ea potestas. Tertiò, vt sine suffectione, id est, vt mortuo vno ex Censoribus neminem alium subrogari mos esset, imò illum ipsum statim abire Magistratu qui superesset. [d] Liuius clarè notat, & [e] Plutarchus: apud quos & causa. Dignitas hæc magna: nec vi quidem, sed honore tamen super Consules ipsos: quorum omnia etiam insignia habebant, præter lictores. Munera eorum varia: sed trahi ad duo capita possunt, æstimationem facultatum & morum. Ex illa est, quod publicas priuatasque omnium opes describebant: populum iuxta eas, in centurias & classes distribuebant: vbertim nobis in Liuio explicatum: [f] itemque quòd vectigalia locabant, & iis per Prouincias leges dabant

Censores duo. Potestas Quinquen.

Lex Censura anno terminata

[c] Ex Valer. lib. 4 cap. 1.

Ritus in creatione illorum.

[d] Lib. 5. & 9.

[e] Prob. 50.

Insignia Munia.

[f] Cic. 3. de Leg. Liuius 39. & 43. Plutar. in Cat. Maior.

qua

quæ [g] Censoriæ appellatæ. Opera publica erigebant, inspiciebant, probabant, hæc [h] sarta tecta exigebant. Vias publicas tuebantur & conficiebant, quam curam in vrbe semper quidem habuere, extra vrbem paulò seriùs sumpsere, ex Liuii Epitoma [i] 41. Pretia denique sacrificiorum publicorum curabant. [l] Plutarcho notatum. Ad morum verò æstimationem spectat, quòd Senatu eiicere, equum adimere, tribu mouere, ærarios facere potuerunt. Hæ enim ferè animaduersiones Censoriæ, & ignominiæ quas inurebant. Senatu eiicere, non aliud erat quam initio, cùm Senatum legerent, nomen illius, & illius Senatoris in recitando præterire. Quorum velut tacito iudicio censebantur [m] loco moti, nec nomen eorum vltra in albo Senatorum. Equi ademptio ad alterum ordinem spectat, i. equites: [n] quos in publica recensione moris ad Censorum sellas venire, equum manu ducentes: quos si probarent, præterire & traducere equum solenni verbo iubebant, [o] sin aliter, equum adimebant, vendi iubebant. Tertia & quarta nota propriè ad plebeios pertinebat: quos aut tribu mouebant, id est, ([p] Liuio interprete, mutare iubebant, & ex honesta rusticaquè, in minus honestam siue vrbanam transferebant:) aut ærarios relinquebant, id est, ferendi suffragii potestate priuabant ad hoc tantùm in numero ciuium, [q] vt æra tributi nomine penderent. Id appellabant in Ceritum tabulas referre, & causam in [r] Agellio vide. Adimebant igitur Censores, quod cuiquè ordini summum erat: Senatui, curiam: Equiti, publicum equum: Plebeio, tribum aut suffragium. Quod discrimen tamen ita

g. L. In L. Censoria D. de ver. Sia:
g Cic. lib. 1. ad Attic. epist. 1.
h Fest. in Produit. & Liu. 42. & 45. Symmachus l. 1. epist. 6.
i In extrem:
l In Cur.
m Festus in Præteriti. Liv. lib. 34.
n Festus in Censio. Plutarch. in Pomp. Agel. lib. 4. Revardus lib. 2. Varro cap. 15.
o Valer. lib. 4. cap. 1. Liu. lib. 29. Ouid. 2. trist. eleg. 1.
p Lib. 45.
q Ascon. Præd. in div. Cic.
r Lib. 16. cap. 13. Strab. lib. 5. Hor: l. 5. epist. 6.

capiendum, vt sciamus iuuendum Senatorem aut equitem grauiùs peccantem plerisque his notis simul affectum: ita inquam, vt non præteriti solùm, aut equi adempti sint, sed tribu etiam moti & ærarii facti: exempla in [s] Valerio & [t] Livio, quo loco turpis macula eluenda, & *Aerarius* legendum, non *Operarius*, distinctione etiam mutata: His animaduersionibus causæ semper subscriptæ: (excipio præteritionem Senatorum, cui rationem adscribi haud veteris instituti fuisse [u] Liuius ostendit.) Administrata hæc omnia in villa publica in campo Martis: iisquè ordine expletis, lustrum à Censoribus condi solitum, vota pro salute publica concipi, & sacrificium Suovetaurilia fieri. Mansitquè integra ista Censuræ vis (vinculum firmum rei Romanæ) ad P. [x] Clodii Tribunatum: qui imminuit, vetuitquè aut in legendo Senatu quenquam præteriri, aut ex aliis ordinibus ignominia affici, nisi qui legitimè accusatus & damnatus. Sed eam ipsam Clodii legem sustulit paulò post, (anno vrb. cond. 702.) Metellus Scipio Consul, vetere iterum libera potestate Censoribus permissa. Quæ tamen sub Principibus iterum minuta, imò mortua, nisi quòd longo interuallo reuixisse in Decio videtur: de quo apud [y] Pollionem: vbi & officia Censuræ distinctè descripta, quæ vtilitèr legas. Conatus etiam eadem restituere Theodosius siue Arcadius: sed à Senatu repudiata est, Symmocho annitente & suadente. [z] Ipse facetur.

[s] L. 2. ca. 3.
[t] Lib. 4. de Mamer Aemil. & 44.
[u] Li. 39.
[x] Dio lib. 48. Cic. in Pison. & ibi Ascon. Pæd. *Censura imminuta à Pr. Clodio.*
[y] In Valeriano.
[z] L. 4. Epist. 45. & 29. & li. 5. ep. 5.

CA-

CAPVT XIX.

De Interrege.

VEtus hic Magistratus: creatusquè propriè comitiorum causâ. Origo illi à morte Romuli: & quia creatus per Interregnum, mediusque inter duos reges, dictus Interrex, Græcis ἀνεβασιλεύς. Elus creatio, e Patribus tantùm: tempus quinquediale. Munus idem quod Consulum. Flura pete ab [a] Onuphrio. *Origo.* *Duratio.* *a* Lib. 1. Fastor.

FINIS.

IVSTVS LIPSIVS

DE RE PECV-niaria veterum Ro-manorum.

CAPVT I.

Pecunia qua materia & quando primùm signata.

ROMANI primùm vsi fuerunt quadruplici monetæ genere, Plumbea, Aerea, Argentea, Aurea. Plumbea vsus quando exierit, incertum.

Æs initio habuerunt rude, pondere distinctũ, non notâ. Vetus Seruius Tullius signauit æs, idque notâ pecudis: vnde pecunia dicta est: author [a] Plinius, [b] Varro, & [c] Plutarchus. Quòd tamen alii iam tribuerint, vt [d] Athenæus & [e] Macrobius. Quidam Saturno, vt [f] Eutro-

pius

[a] Lib. 18. cap. 3. & lib. 33. cap. 3.
[b] Lib. 2. de re Rust. cap. 1.
[c] In Public.
[d] Lib. 15.
[e] Lib. 1. Sat.
[f] Lib. 1.

pius. Verior tamen Plinii opinio: nec repugnat quod in priscis nummis parte altera Iani effigies: altera nauis expressa cernebatur, cùm hanc notam Seruius ipse, vel posteri vsurpare potuerint bonæ memoriæ causa. Facit huc Ouidii 1. Fast.

At bona posteritas puppim signauit in ære,
Hospitis aduentum testificata Dei.

Argentum autem signatum est anno Vrb. cond. 484. *F. Pictore, & Q. Oculeio Coss.* vt Plinius voluit, quinque annis ante Punicum bellum: siue *M. Aemilio Paulo, & Fuluio Nobiliore Coss.* vt Eutropius 15. annis posterius. g Lib. 2.

Aurum signatum anno 62. post argentum. *C. Claudio Nerone, & M. Liuio Salinatore Coss.*

Nummi ærei nomina sunt ista, { As. / Quadrans. / Sextans. / Triens.

Aurei nummi { Aureus.

Argentei hæc, { Denarius. / Quinarius. / Sestertius.

CAPVT II.

De Asse, Quadrante, Sextante, Triente.

Asses ex ære librales erant, & appendi plurimùm solent, non numerari. Ex quo ritu & nunc, in rationibus pecuniariis Expensum ferre, & Dependere, & Impendium dicimus. Inde æs graue appellatur, & pœna æris grauis: æris cuius legitimo ponderi nihil deesset. [a] Liuius, *Iudicibus*, inquit, *dena millia æris grauis, quæ tunc diuitiæ habebantur, data.* [b] Et, *Denis millibus æris grauis nos condemnauit.* Hæc primis temporibus. [c] Posteà tamen bello Punico secundo, pressus populus Romanus ære alieno, ex singulis assibus libralibus, Sextantarios fecit: id est, ex vno asse, senos, qui tamen tantundem valerent. Sed & mox tertio bello Punico, *V*nciales facti. Postremò, lege Papyria, Semi-unciales. *A*ssem libralem, vt dixi, primus signauit Seruius. Tarquinius superbus cæteras assis partes, vt Quadrantem, Triente, Sextantem: vt, colligimus ex Fragmento [d] Festi. Quadrans (siue Tri-uncis) est quarta pars Assis, plurimùm quidem ære cuius sub Imperatoribus, tum & plumbo. [e] *M*artial.

Centum merebor plumbeios die toto.

id est, Quadrantes. [f] Idem nigram monetam appellat plumbeiam, istos ipsos Quadrantes. Et fortassis antiquitùs, quia Plautus in iocis aliquoties *nummuli plumbei* mentionem facit, Olim hæc merces legitima transvectionis erat vnde & quadrantes, Katiti dicti, Festus & Var.

Posteà

[a] Lib. 4.

[b] Lib. 5.

[c] Plin. lib. 33. c. 3.

[d] In voce Katitú.

[e] Li. 10. Epig. 74

[f] Libr.

[g] Lib. 4. de Lin. bat.

Postea prænidm balneatoris. [h] Horat.

Dum tu Quadrante lavatum Rex ibis.

Et Cicero [i] Plutarchus. *Sextantes & Trientes à partibus assis dicti.* Sextantis meminit [l] Liuius, *Plebs*, inquit, *Agrippam extulit, sextantibus collatis.* Trientis [m] Festus. Valet autem As, ad æstimationem nostram, nummulos plus octo: nummulos appello, siue denariolos, qui 24 apud Belgas fuerum faciunt. Quadrans valet nummulos paulò amplius du. Quadrantes 4. Assem cõstituunt. Decem [illegible]dum vnum. Quadraginta denarium. Simile iudicium de Sextante & Triente.

h Lib. 1. Sat:
i Pro Cæl.
k In Cic.
l Lib. 4.
m In Ratio.

CAPVT III.

De Denario, Quinario, Sestertio.

ARgentei nummi tres species, quas dixi, omnes [a] Varro complexus est. *Denarii*, inquit, *dicti, qui dena æris, id est, 13. asses valebant. Quinarii, qui quinos. Sestertius, qui Semitertium.*

a Lib. 4. de Ling. Lat. Et Plin. l. 33. cap. 3.

Denarium pondere & æstimatione parem drachmæ Atticæ consensu faciunt antiqui. Notæ eius veteres *R.* omnes Galeatæ, imago Castoris in equis, bigæ & quadrigæ. Vnde bigati & quadrigati nomen pro Denario frequens, vt [b] Liuius, *Pacti in capita. Romana tricenis nummis quadrigatis.* [c] Tacitus *Pecuniam probant veterem & diu notatam, Serratos, Bigatosq.* Sed cùm argentum simpliciter dicimus, intelligimus Denarium. Denarii dimidius, quinarius dictus: ideoquè vulgò *Victoriatus*, quòd victo-

b Lib. 23.
c De mor. Germ.

rix

riæ effigies in eo expressa sit. Meminit huius [d] Cicero, [e] Liuius, & [f] Plinius. Sestertius, denarii quarta pars est, idem alio nomine [illegible] Nummus, quia frequentissimus eius in rationibus vsus. De hoc [g] Vitruvius. *In denario, inquit, denos asses æreos constituerunt, & quartam eius partem de duobus assibus, & tertio semisse, Sestertium vocârunt.* Aestimatio denarii hodie eadem ferè, quæ regalis *Hispaniensis*, id est, Stuferi 3. cum dimidio. Quinarii & Sestertii pro proportione. Denarium nota stellulæ (*) in monumentis vetustis. Sestertii nota sic ([illegible]) At libralis est libræ nota, Quia ergo Sestertius duos asses continet, & dimiduum duo.

d Pro Fontelo.
e Lib. 41.
f Lib. 33. cap. 3.
g Lib. 3. cap. 1.

CAPVT IIII.

De Nummo aureo, eiusque æstimatione. Itemque de vsu nummorum promiscuo.

AVreus siue Solidus (quem variis nominibus appellatum ab Imperatoribus inuenio, Flauium, Antonianū, Valerianum valuit denarios apud Romanos 25, id est, Coronatos nostrates binos. Id clarum tùm ex pondere, tùm ex monumento [a] Dionysii, cui accedit [b] Suetonius, qui ait, Otthonem semper aureos singulos cohorti excubanti dare solitum. Quam eandem rem [c] Tacitus narrans, centenios nummos dixit. Alluſit ad hunc numerum egregiè [d] Martialis in hunc modum.

[a] Lib. 55.
[b] In Otto. ca. 4.
[c] Lib. 17.
[d] Li. 10. epig. 24.

Sed vitæ tribus aureis pactus.

Cum intelligat aureos circiter 70. Cautè legendus [e] T. Liuii locus. *Pro argento*, inquit, *si aurum dare mallem, dare conueni, dum pro argenteis decem aureus vnus valeret.* De proportione enim aun ad argentum loquitur, quæ tunc decima erat, vt nunc vel hodiè duodecima. Notæ autem nummi, eædem fere quæ argentei; nisi quòd crescente ambitione, Triumviri monetales, aut qui monetæ cudendæ præerant, sæpè gentiliciæ insignia, aut honores, aut sacerdotia insculpebant. Sæpe & imperatorum triumphos, res gestas & varia emblemata, quæ res quibusdam suspicionem fecit, nummos qui extant, honoris tantùm causa excusos fuisse, & non publici vsus, falsò; quanquam non negaverim vetusta numismata & tunc quoque in pretio fuisse, & interdum loco mercis diuendita, qua de re [f] Vlpianum lege.

[e] Lib. 28.
[f] Lib. 9.

De

De Ratione per singulas species supputandi.

RAtio supputandi apud Romanos vsitatissima per asses & sestertios: frequentissima per sestertios, & illa intricatior: non tam sæpè per asses, & hæc facilior. De ista primò dicam. Per asses aut expresso nomine, aut tacito numerant. Expresso, vt [a] Liuius, *Militibus quinquagenos senos asses*, id est, tr. aureos *diuisit*. Tacito: vt [b] idem. *Tritici decies centum millia binis æris populo diviserunt*, quod est binis assibus æris. Sic centenos æris, & mille æris, & dena millia æris apud Liuium frequentissimè legimus, & vbique intelligendi asses.

[a] Lib. 28.

[b] Lib. 35.

Tabula per asses supputandi hæc sit.

Terni æris	Talent.	1 Stuferum, & dr.
Deni æris		3 Stuferos cum dr.
Centeni æris		35 Stuferos.
Centum 25. æris		51 Coron. nostrat.
Dena millia æris		100 Coronatos.
Mille æris		10 Corona. Budæo.

Possunt & hæc omnia Latinè efferri per Philippicos denos, centenos asses, & sic deinceps.

De Sestertiis.

PEr Sestertios vt numeremus, duo præcipienda sunt: primùm, discrimen esse inter Sestertios & Sestertia: ita, vt illo numero, nempe masculino, singuli nummi sestertii: isto,

iſto, nempe, genere neutro, ſingula millia ſignificentur, idque indubitatum perpetuumque eſt.

Vtriuſque diſcriminis tabula ſit hæc.

Duo ſeſtertii	VALENT	Medium Regalem.
Duo ſeſtertia		50 coronatos.
10 ſeſtertii		2 Regales cum dim.
10 ſeſtertia		250 coronatos.
20 ſeſtertii		5 Denarios.
20 ſeſtertia		500 coronatos regales.
40 ſeſtertii		10 coronatos, Budæo.
40 ſeſtertia		1000 coronatos.
50 ſeſtertii		12 Regales cum di.
50 ſeſtertia		1250 coronatos,
Centeni, vel um, ſeſterti		2 coronatos cum di.
Centum ſeſtertia		2500 coronatos.
200 ſeſtertii		5 coronatos.
200 ſeſtertia		5000 coronatos.
400 ſeſtertii		10 coronatos.
400 ſeſtertia		10000 coronatos.
1000 ſeſtertii		25 coronatos.
1000 ſeſtertia		25000 coronatos.
		Cenſus Senatorum.

Alterum præceptum eſt, quemadmodum cùm à ſeſtertiis ad ſeſtertia ſit tranſitus, numerus millies multiplicatur: ſic cùm per aduerbia demùm enunciamus ſeſtertia ſingula centuplicata creſcunt. Vt cùm dico decies ſeſtertium intelligo decies centena ſeſtertia, ſiue decies centena millia ſeſtertia. *Ergo* decies ſeſtertiũ, & mille ſeſtertia idem valent. Diſertè Plutarchus in *Antonio*.

Tabula

Tabula adverbiorum brevis hæc sit.

Decies	Sestertium Valent	250000 coronatos.
Quindecies		375000 coronatos.
Vicies		500000 coronatos.
Tricies		750000 coronatos.
Quadragies		1000000 coronatos. Tonna auri.
Quinquagies		1250000 coronatos.
Centies		2500000 coronatos.
Quadringenties		a 10000000 coronatos.
Millies		b 25000000 coronatos.
Decies millies		25. viginti quinque milliones.

a *Id est, decies centena millia coronatorum.*
b *Id est, vicies quinquagies centena millia coronatorum.*

Hæc est summa rei nummariæ veterum Romanorum, quæ in historiis diligenter observanda est.

FINIS.

I. LIP-

I. LIPSIVS

DE NOMINIbus Romanorum *compendium.*

NOminandi ratio intricata apud Romanos; quam vt distinctè explicem, dicam quatuor capita. Primùm, de ingenuorum hominum nominibus. Secundò, de libertorum & seruorum. Tertiò, de Fœminarum. Quartò, de *A*doptiuorum. Ingenuorum nomina Romæ aliter quàm apud Græcos & Barbaros. Plerumque tria nomina: *Prænomen*, Nomen, *Cognomen*. Quò alludens *Iuuenalis*. a Sat. 5.

———*Si quid tentaueris vnquam*
Hiscere, tanquam habeas tria nomina———

b *Auson. Tres equitum turmæ, tria nomina nobiliorum.* b In Gryphon.

CAPVT I.

PRænomen est, quod nominibus Gentilicis præponitur, discriminis causa inter fratres & Gentiles inuentum, quod haud dubiè respondet nostris nominibus, quæ appellamus, vt Petrus, Iohannes, *Iacobus*, &c. Sed Prænomen natum est post nomen: & ideò seruatum Romanis, vt nono quouis die, qui *Lustricus* dicebatur, nomina imponerentur pueris. Prænomina (vt *Epitoma* Valerii ex Scævola refert) nō ante dic. togæ virilis; id quod in Cic. epistolis

epistolis obseruare est, vbi Ciceronis pueri sine prænomine semper dicuntur. Post togam sumptam, Marcus filius, Quinctus filius. In imponendo seruabant, vt plerumque filius maior natu prænomen ferret patris, secundus aui vel patruorum. Prænomine ætate sua Varro scribit circa triginta fuisse, è quibus vsitatissima 18. Quorum alia vnica litera notantur; vt hæc vndecim. A. id est, Aulus, sic dictus, quasi diis auentibus nascerentur. C. id est, Caius à gaudio parentum. D. id est, Decimus à numero nascendi. K. id est, Cæso, qui ex vtero matris cæsus esset. Prænomen gentis Fabiæ. L. id est, Lucius, siue à Lucumone Hetrusco, siue quòd prima luce natus esset. M. id est, Marcus, qui natus mense Martio, vt Valerius vult, vel potiùs nomen Oscum, vt Mamers & Mamercus, M. vel M. Manius, qui manè natus esset, vel à Sabina lingua; qui Manum dicebant bonum. N. id est, Numerius, ominis causa à numeris dictus. P. id est, Publius, vel à pube, vel quòd gratus populo. Q. id est, Quinctus, ab ordine nascendi. T. id est, Titus, vox Sabina, vel vt alii volunt, à tuendo, quòd patriam tuerentur. Duabus literis scribuntur quatuor. AP. vt Appius, Sabina vox ab Atta Clauso. CN. Cneus, à nævo corporis, quasi nævus. SP. Spurius, à causa pudenda, quia Sabinis spurium, dicta pars, qua fœmina est. [a]Isidorus & [b]Plutarchus. Aliàs dicebatur Favonius. TI. Tiberius, qui ad Tiberim natus. Tribus literis hæc tria. MAM id est, Mamercus, prænomen gentis Aemiliæ, dictum à Mamerte, quòd Osca lingua Martem significat, authore Festo. SER. id est, Servius, à Servo, quòd qui primus id prænomen tulit

A
C
D
K
L
M
M.
N
P
Q
T
AP
CN
SP
TI
MAM
SER

a Lib. 4. Etymol.
b In causis.

in

in seruitute natus esset. SEX. id est, Sextus, ab ordine nascendi. Et hæc de 18 prænominibus, quæ maximè sunt in vsu. Sunt alia in veteri historia, aliquoties obvia, vt Anchus, Anius Lar, Hostius, &c. SEX

DE NOMINE.

NOmen dicimus, quod perpetuum est in aliqua gente, & Prænomen statum sequitur. Respondet Patronymicis Græcorum notante e Prisciano. Et vt illi Aeacidas ab Aeaco, Thesidas à Theseo: sic Romani Iulios à Iulo: Antonios ab Antonio dixerunt. Itaque res digna nota, exceptis admodum paucis, omnia nomina gentilicia apud Romanos in ius desinere. Pauca, quæ excipio, sunt, Peducæus, Poppæus, & fortassis Norbanus, quanquam verius sit huius familiam ignorari, quàm vt Norbanus fuerit nomen. Nomina omnia gentilicia ducta vel ab hominibus, vel ab animantibus, vel à locis, vel ab euentu. e Lib. 2.

DE COGNOMINE.

COgnomen est, quod familiarum discernendarum causa tertio loco post nomen ponitur, id repertum à variis causis, quas omitto. Hoc noto, cognomina hæreditaria fuisse; sed ita, vt mutari à posteris, & noua sumi fas fuerit. Noto hoc amplius, præter cognomen, & tribum solere addi semper auferendi casu, vt C. Verres Romuleâ, & Servius Sulpitius Lemoniâ.

CAPVT II.

De Libertorum & Seruorum nominibus.

QVæ dixi, pertinẽt ad ingenuos, addam de seruis & libertis. Serui antiquitùs non à suo nomine, sed Prænomine Domini vocabantur: vt Lucipor, Publipor, *Marcipor*, id est, Lucii puer, Publii puer, *Marci* puer. [a] Quintilianus, & [b] Plinius. *Exoleuit* ille mos & obtinuit, vt vnosaltem nomine, seu Græco, seu *Latino* vocarentur. *Et* plerumque à patria vt Davus, *Syrus*, Geta, *Iidem* manumissi, in nomina Dominorum veniebant, cognomine excepto; loco cognominis vetus suum nomen retinebant; vt *Marcus*, Tullius *Tyro*, Ciceronis libertus. *Marcus* Lucius *Antonius*. Quod idem socii & extranei seruabant, vt cuius beneficio in ciuitatem *Romanam* veniissent, nomen eius ferrent, & prænomen, & apud Ciceronem exempla, & historicos obvia.

[a] Lib. 1.
[b] Lib. 33. cap. 1.

CAPVT III.

De nominibus fœminarum.

VEtustis temporibus & fœminas prænomina frequentasse, author est *Varro*, vnde Caia, Cecilia, *Lucia*, Volumina. Progressu temporis constat non usas, sed tantùm gentis nomine, vel integro, vel mollitèr inflexo appellatas, nec cognomen vsurparunt, sed discriminis causa, vbi duæ sorores essent, seruatum, vt altera *Maior* diceretur, altera *Minor*.

nor. Vbi plures, Prima, Secunda, Tertia, Quarta, Quinta. Vel per diminutionem, Secundulla, Quartilla, Quintilla.

CAPVT IIII.

De nomine Adoptiuorum.

NEc aliud in nomenclatura Romana intricatum, præter adoptionem, per quam qui alterius familiæ fiebant, in omnia nomina transibant adoptantis, in *Prænomen*, *Nomen*, & Cognomen; tantùm vt priscum genus testarentur. In fine cognomen addebant, aut nomen; si cognomen, integrum seruabant; si nomen, mutatum & inflexum. *Exemplum* seruati cognominis, *Marco Iunio Bruto*, quem adoptauit Q. *Seruilius*, *Cepio*, *Agalo*: dictus igitur post adoptionem, C. Seruilius, Cepio, Agalo, Brutus. Exemplum inflexi nominis, in *C.* Octauio, qui quoad adoptionem dictus C. Iulius Cæsar Octauianus.

Finis de nominibus Romanorum.

I. LIPSIVS
De Ritu Conviviorum apud Romanos.

TEMPVS.

Convivandi mos apud Romanos, vt illustretur, tria sunt dicenda, Tempus, Locus, Modus. Ad tempus pertinet, quoties sumpserint cibum, & quando. Antiqui, Si Festo credimus, ter sumpsisse cibum in die videntur; vnde ientaculum siue prandiculum, cibus qui manè: prandium siue merenda, qui medio die: cœna siue vesperna, qui sub vesperam capiebatur. Si Nonio Marcello, quater, qui merendam à prandio distinguit, & post meridiem collocat. Sed equidem nomina potiùs ista vsitata Romanis crediderim, præsertim Comœdiis Palliatis, quàm rem ipsam. Bis enim tantum sumpsisse cibum videntur, prandio videlicet & cœna. Excipio pueros, & si qui erant dissoluti luxus: quanquam & prandia ipsa modica erant, & semper solitaria sine conviuis. [a] Salustius, Oratione, id est, asperis verbis notat eos. *Quibus bis die*, inquit, *ventrem onerare, nullam noctem sine scorto quiescere mos erat.* Et [b] Suetonius, tanquam rem summæ luxuriæ obseruat, quòd epulas trifariam semper, interdum quadrifariàm dispartiebat, in ientacula, prandia & cœnas, commessationesquè. Sed ne Celsus quidem prandium vt ordinariũ agnoscit, & tenue id fuisse indicat his verbis. *Hyeme*, inquit, *si quis prandet, vtilius est exiguum aliquid, & siccum sine carne*

[a] Ad C. Cæsarẽ de Rep. ordinanda.

[b] In Vitellio cap. 13.

[c] Lib. 3. cap. 4.

carne, sine potione sumere: æstate verò & potione & cibo corpus sæpiùs eget. Ideò prandere quoque commodum est. Cœna igitur præcipua convivii pars, cuius hora eadem ferè quæ moribus nostris merendæ, scilicet hora nona. [d] Cic. *Accubueram*, inquit, *hora nona, cum ad te exemplum harum literarum, &c.* Martial.

Imperat exstructos frangere nona thoros.

A qua hora cœnæ, dictam putant Grammatici annonam, res edules accommodatas ad nonam horam. Quanquam homines frugales sæpè expectabant occasum Solis: contrà, homines voluptuarii, horam nonam præcipiebant: vt illa apud Iuvenalem. *Exul ab Octauia Marius bibit.* Quæ convivia festinata, nisi fallor, antiqui tempestiua dixerunt, tanquam nimium tempori inita, & in vitio ponebant, vt [e] Cicero, & [f] Seneca. Sicut intempestiua illa, quæ protrahebantur in multâ noctẽ, aut vsque ad diem vel lucem. Hæc de tempore. Locus in quo conviuabant, triclinium dictus, scilicet à numero lectorũ, qui circa mensam vulgò sternebantur: etiã biclinium apud Plautum est, & ἑξακλινον in Athenæo, & Martiali legimus. *Et testitudineum mensus quater ἑξακλινον, Ingemuit citrò nõ satis esse suo.* Vbi tale ἑξακλινον pro mensis ipsis positum videtur, vt triclinia apud [g] Plinium. Pro triclinio posterior ætas cœpit vsurpare Sigma, cuius forma videtur fuisse ἡμικυκλε, aut lunatæ testitudinis. Martial. *Accipe lunata scriptis testudine Sigma.* Et alibi. —— *Septem sigma capit, sex sumus, adde lupum.* [h] Lampridius: *Sigma de croco strauit, cum summos viros inuitasset ad prandium.*

[d] Epist. vlt. li. 4. ad Famil.

[e] Pro Muræn. pro Arch. lib. 4. ad Attic.

[f] Lib. 2. de tranq: cap. 28.

LOCVS.

[g] Lib. 34. c. 2. & 3

[h] In Heliogab:

Sydonius.

Mos erat hic Dominis hybernum sigma locare.

[1] Lib.3. Miscel. cap.4.

Errat [1] Brodæus: qui mensam ipsam eo nomine dictam censet. Sed & locus in quo cœnabant, Diæta dictus est, ἀ διαιτᾶσθαι, id est, vivo siue versor: vel vt Varro vult, quod in ea per diem edatur. [2] Sueton. & Iurisconsulti sæpe, vt L. 43. De Legat. L. Penult. De donat. inter vir, & vxor: Plinius in Epistolis, Lampridius. Zetam vel Zeteculam appellant, pro Diæta more Græco scilicet, apud quos Dores ζ pro δ vsurparunt, vt ζαλάλλω pro διαβάλλω. Nec plura de loco: transeo ad modum. Romani initio sedebant ad mensam. Seruius ad illud Virgilii.

[2] In Claudio c.10

Modus.

Perpetuis soliti Patres considere mensis.

Maiores, inquit, *nostri sedentes epulabantur, quem modum habuerunt a Laconibus & Cretensibus, vt* [m] *Varro docet*: & similia [n] Isidorus, qui idem apud Græcos antiquiùs fuisse, ex variis Homeri locis apparet, & [o] Athenæo. Sed paulatim crescentibus deliciis exoleuit sessio; & in eius locum successit accubitus, non solùm apud Græcos & Romanos, sed etiam Afros & Barbaros, discimus ex [p] Liuio de Scipione & Asdrubale, cœnantibus apud Syphacem. Porrò forma accumbendi, repræsentari sic potest. In cœnaculo mensa collocabatur rotunda, magnitudine circitèr quatuor pedum, raiò amplior: ex [q] Plinio, circa eam tres lecti, aulæis, purpura aut alia veste stragula intecti, pro opibus cuiusque. In eos conuiuæ recumbebant, sed priùs positis calceis, ne lectum conspurcarent, quos iterum sumebant abituri. Hinc illa apud Plinium in Epist. *Quam multi, cum lector aut Comœdus introductus est, calceos poscunt vt non minori cum lædio cubant?* Martialis,

m In lib. de vita Populi Romani.
n L.20.cap.2.
o L.8.c.13.
p Lib.20.
q Lib.13.cap.5.

Depositis solcis, adfertur protinus ingens

Inter

Inter lactucas, oxygarumquè liber.

In vno autem lecto terni aut quaterni iacebant. Horat.

Sæpe tribus lectis videas cœnare quaternos.

Si plures sordidum id habebatur & Plebeiu. [r] Cicero. *Nihil apud hunc lautum, nihil elegans.* Græci quini in lectulis stipati. Ita fiebat, vt ex vna communi mensa rarò plures quàm 12 vescerentur: vnde illa δωδεκάτεος cœna apud [s] Sueton. Imò viri principes aut honestiores in vno lecto soli aut bini accumbebant. Et notat in Traianum quasi nouum Xiphilinus, quòd sæpè quartus discumberet. i. cum tribus aliis in vno lecto. Quòd si plures quàm 12 conviuæ vocarentur, plures mensas & triclinia sterni moris erat, vt apparet ex [t] Macr. & ex [u] Plutarch. qui ait: *Populum Romanum ab eo triclinioruṁ viginti duobus millibus exceptum.* Modus accubitus hic erat: iacebant reclinata superiore parte corporis in cubitum sinistrum, inferiori in longum porrecta & iacente, capite leuiter erecto, dorso pulvillis modicè suffulto. Et primus quidem discumbebat ad caput lecti, cuius pedes porrigebantur iuxta dorsum secundi. Secundus pulvillo interiecto, decumbebat ad vmbilicum primi, pedes extendebantur ad dorsum tertii, & sic deinceps. Ex hoc decubitu manavit summus locus, medius & imus, quorum frequens mentio apud historicos & Poetas. Dignitatem si quærimus, dignissimus inter lectos medius: & in eodem lecto, locus item medius. Inde [x] Virgilius.

——— Auleis iam se regina superbis.
Aurea composuit sponda, mediamque locauit.

[y] Seneca eleganter:

r In Pison:

s In Aug. cap. 70.

t Lib. 3. Sat. c. 13.

u Cæsare.

xi. Aeneid.

Sermonem meum irrisit, aut palam aversatus est, & non in medio me loco, sed imò locauit. Et aliæ huiusmodi notæ. Post hunc honoratissimus locus summus: vilissimus, imus. Et hæc quidem accumbendi ratio vulgata inter omnes fuit. Excipio pueros & seruos. Pueri enim ad fulcra lectorum sedentes, vescebantur. [z] Tacitus de more Britan. [a] Suet. *Serui in subsellijs iuxta lectum.* [b] Plautus. *Potius in subsellijs ciuium accipiemur, quam in lecto.* Et in Persa. *Scis tu me esse imi subsellii virum?* [a] Donatus. *Jussus*, inquit, *Cæcilio recitare: ad cœnandum cum venisset, quòd erat contemptiore vestitu, subsellio iuxta lectulum residens, legisse dicitur. Post paucos verò versus, invitatus vt accumberet, cœnasse vna.* [b] Seneca. Sed & fœminæ antiquitùs vetabantur accumbere. Valer. Max. *Fœminæ*, inquit, *cum viris cubantibus sedentes conuiuabant. Quæ consuetudo ex hominum conuictu ad Deos penetrauit.* [d] Isidorus. Qui tamen mos iam ante Ciceronis tempora exoleuit, vt apparet ex [e] lib 5. ad *Att.* Ex Ovidio, Propertio & Poetis. Postremò etiam, viri in luctu aut militia abstinebãt accumbere. [f] Plutarchus obseruat, illum post bellum ciuile nunquam nisi sedentem cœnasse. Et [g] Spartianus author est, illum triclinia omnia abstuliisse è castris. Etiam [h] Cæsar luxuriæ notãm interpretatur quod in castris Pompei triclinia strata reperisset. Hæc de accubitu Romanorum. Addo corolarii loco, eundem accumbendi morem in Iudæa fuisse, Christi temporibus. Apparet clarè ex [i] Ioanne, scribentis recubuisse se in sinu Iesu. Et [l] Lucæ, de muliere peccatrice, quæ stans à tergo lauit manus Christi. Et eiusdem cap. 22. 18. cœnaculum stratum nominatur, quod de lectis

y Lib. 2. de tran. vit. cap. 10.

z L. 13. An. 1. in Claud. cap. 32. & in Ang. cap. 64. v in Stycho.

a In vita Teren.

b Lib. 2. de tranq. vitæ cap. 15.

c Li. 2. cap. 1.

d L. 20. cap. 1.

e Epist. 20.

f In Cat. Vtic.

g In Hadrian.

h Lib. 3. de bel. ciuil.

i Cap. 13.

l Cap. 7.

lectis capiendum. Docent & verba ipsa, quibus in re convivali perpetuò vtuntur Evangelistæ, τὸ ἀνακεῖσθαι καὶ τὸ ἀναπίπτειν.

IVSTI LIPSI COLLECTANEA VARIA DE CRVCE.

POena crucis antiquissima apud Romanos, cui nomen à cruciatu: aliter patibulum à patendo dictum, quoniam sontes dispansis ac patentibus brachiis cruci affigerentur. [a] Ciceroni infœlix arbor appellatur, infœlix lignum. [b] Senec. *Acerbissimum inter supplicia censebatur, & primùm receptum in seruos, iisque quodammodo opprobrium.* Paulus Iurisc. lib. sent. *Si serui de salute dominorum consuluerint, summo supplicio, id est, cruce afficiantur.* Iuvenal. Sat. 6.

Pone crucem seruo, meruit quo crimine servus
Supplicium———

Nec aliter, quoties apud veteres, *servile supplicium, servilis pœna, in modum servilem* leguntur, accipienda videntur quàm de cruce. [c] Vulcarius. *Rapi Centuriones quosdam iussit & in crucem tolli, servilique supplicio affici.* Etsi interdum & in liberos homines sic animaduersum reperio: sed rarò, non nisi ob insigne scelus, vt in latrones, aut grassatores, aut transfugas. De latronibus Petronius arbiter: *Cum interea Imperator Latrones provinciæ iussit suffigi.* [d] Sen. *Latrocinium fecit aliquis, quid ergò meruit? vt suspendatur,* i. vt suffigatur: nam vsus laquei Romanis prorsus

[a] In orat. pro C. Gabin.
[b] Epist. 101.
[c] In Avidio Cassio.
[d] Epist. 7.

prorsus erat ignotus. De transfugis [e] Valerius. Nonnunquam & in ciues, sed id contra leges, Valeriam videlicet & Portiam, de quo vide [f] Livium, [g] Ciceronem, [h] Salustium, [i] Suetonium: ferequè per acerbitatem Magistratuum, vt Verres Gabinium. [l] Cicero. Galba tutorem quendam: [m] Suetonius. In vsu hæc pœna fuit, non Romæ solùm, sed in prouinciis; ita tamen vt non pro voluntate Domini, sed sententia iudicis serui ad supplicium hoc damnarentur: [n] Seneca. Ve de seruo quidem aut captiuo, omni loco, aut omni genere, supplicium sumi fas est, sed adhibetur ad ea Magistratus, ob custodiam, non lætitiam. Et Romæ Triumviri quidem capitales de seruis pronunciabant: exequebanturque. Colligo ex aliis locis, tum clarè ex [o] Valerio, de Fannii seruo Alexandro. In prouinciis procuratores aut Præsides: sicut de seruatore nostro Pilatus, qui Iudææ Procurator. [p] Tacitus. Ratio & forma huius supplicii hæc fuit. Priùs virgis noxium in foro, aut celebri aliquo loco cædebant. [q] Cicero. [r] Lactantius. Evangelistæ de Christo. Deinde per forum circumducebantur, titulo criminis è collo pendente, vel Præconis clara voce pronunciante. [s] Dio, de seruo Cæpionis, & de Christo [t] Iohannes, qui & voce Latina titulum nominat. [u] Suetonius in Calig. [x] & Domitiano. Sed & crucem suam plerumque ipsi ferebant. Plautus Militem. Scen. 4. Act. 2. *Credo ego isthoc exemplo, tibi esse eundem actutum extra portam dispansis manibus, patibulum cum habebis: Dependentibus aliquot tintinnabulis, quorum sonitu obvii mouerentur, vt deuoti & iam funesti corporis contactu abstinerent.* [y] Zonaras de triumpho

e Lib. 2. cap. 2. De Scipione Afric.
f Lib. 10.
g Pro Rabirio.
h In Catil.
i In Neron.
l Verr. 5.
m Cap. 9.
n Lib. 3. controv.
o Lib. 8. cap. 4.
p 15 Annal.
q Lib. 5. in Ver.
r Lib. 2. cap. 19.
s Lib. 54.
t Cap. 19.
u Cap. 32.
x Cap. 15.
y Tom. 2. Ann.

umpho Camilli: [z] Plautus. *Lanios inde duos accersam cum tintinnabulis. Eadem duos greges virgarum vlmearum adegero.* Nec alia sententia idem [i] Comicus 7 intinnaculos viros alibi nominat carnifices ipsos: *Noxium* deinde sequebantur carnifices stimulis pungentes, si nimis tardè incederent. [u] Plautus. Hoc ornatu ducebantur extra portam ad locum supplicio destinatum: in vrbe enim id nefas. [a] Tacitus. Plautus supra. [b] Cicero. [c] Tacitus de nece Plautii Lateranii. *Raptus*, inquit, *in locum servilibus pœnis sepositum, a manu Statii Tribuni trucidatur.* Cùm ad locum pœnæ ventum esset, crucis ligno vivus suffigebatur, clauis ad manus pedesque adhibitis. [d] Seneca. *Cùm refigere se crucibus suis conentur, in quas vnusquisque clavos suos adiicit.* [e] Appulcius. *Et carnosi clavi pendentium. Clauis à quatuor suffigebantur.* [f] Plautus. *Ego dabo ei talentum, primus qui in crucem excurrerit: sed ea lege, vt affigantur bis pedes, bis brachia.* Ita sublatos in altum, inter tormenta languere patrebantur, donec postremò crura iis suffringerent, in quibus (teste [g] Plinio) inest vitalitas. *Ipsa*, inquit, *gentium commissura quædam bucearum insanitas est, qua perfossa, ceu jugulo spiritus anfugit.* De hâc re Evangelistæ, [h] Lactantius, [i] Cicero, & inde frequens illa comicis comminatio crurifragi.

[z] Pseudolo. Scen. 3.
[i] In Truculem.
[u] Mostel. Scen. 1.
[a] Lib. 2. Bud.
[b] 5. In Verr.
[c] Lib. 15. Ann.
[d] Cap. 15. de vita & anima.
[e] Lib. 2.
[f] Mostel.
[g] Lib. 11. cap. 45.
[h] Lib. 4. cap. 26.
[i] Pro Ros. Amer.

EODEM

EODEM PERtinent & hæc.

SOlenne illud fuit, crucifixorum corpora militari custodiâ signari donec putruissent ne quis ea ad sepulturam detraheret. [a] Petronius. *Proxima ergo nocte, cùm miles qui cruces asseruabat, ne quis ad sepulturam corpora detraheret, notasset lumen, &c.* Idem in Evangelio notamus. Hæc de pœna crucis. Quibus addo sublatum prorsus hoc supplicii genus, in honorem servatoris nostri, à Constantino Imperatore esse, & pulsum finibus Christiani orbis. [b] Nicephorus. Ideoquè in Pandectarum libris nusquam hodiè crucis mentio, sublato eo nomine à Triboniano, & eius loco furcæ substitutæ. *L.* Capitolium. *ff.* Pecu. D. de pœnis. *Et L.* Quicunque. D. ad leg. Cornel. de falsis. Videatur & Cuiacius ad [c] Paulum. Illud quoque monendum duxi, forma crucis, vt dicitur, satis nota †. Lignum verò illud transversum dicebant propriè patibulum, quod reus ipse cogebatur portare ex vrbe ad locum destinatum, vbi in terra lignum illud oblongum | erat fixum, qui propriè crux dicebatur. Ergo pictores ignari prorsus antiquitatis, perperam Christum lignũ illud transversum coniunctum oblongo, id est, patibulum cruci coniunctum ferre pingunt. Plautus. *Patibulum ferant per vrbem, & cruci affigantur.* Hinc satis illa perspicua.

[a] In Satyrico.

[b] Lib. 7. cap. 46. Et L. vlt. in C. Theodos. de paganorum sacrificiis & templis.

[c] Lib. 5. sentent. tit. 17.

I. LIPSIVS

DE CENSVra & Censu.

CEnsum (ésionemvè distinguo propriè à Censura: Census enumerationem & distributionem populi, æstimatione facultatum continet; Censura ad iudicium & animaduersionem in mores etiam pertinet. Census id ferè est, quod Græcis ἀπογραφὴ dicitur. Censura, quod τίμησις. Ille sub regibus, Consulibusquè aliquandiu fuit, hæc cœpit Romæ anno. vrb. demùm 311. De vtriusquè origine & modo ordine videbo. Census à Seruio Túllio institutus, anno regni sui 12. vtilissimo invento, cuius tamen gloria penes Solonem, qui Athenis discriminandi populi causa quatuor classes fecit, siue, vt Plutarchus & Aristoteles appellant, τιμήματα, in quibus ciues omnes, pro opibus diuitiisquè ordine censerentur. De quibus [a] Plutarchum omninò vide. Id exemplum non dubiè secutus Romanus rex: numerum tamen classium auxit: sive quia maior populi multitudo, sive discriminis subtilioris causa, & vt cuiusquè opes magis distinctè apparerent. Fecit classes sex, vt Dionysius & vulgus numerant, etsi Tubero apud [b] Agel. quinq; tantùm recenseat, nulla ratione habita vltimæ classis: quam & Liuius Centuriam tantùm appellare videtur. His classibus eos tantùm

b Lib. 10. cap. 28.

tantùm comprehendi, qui arma ferre possent, rectè apud Liuium Fabius Pictor notauit, apparetquè ex classium descriptione ipsa: in qua semper mentio telorum & armorum.

Classium typus memoria causa hic esto.

Prima classis, quibus in censu centum millia æris, aut supra, id est, pecunia nostratis circiter coronati mille. { Arma iis omnia ex ære { Galea. Clypeus. Ocreæ. Lorica. / Tela { Hasta. Gladius. }

Distributa hæc classis in Centurias 80. Quadraginta seniorum; totidem iunionum. Iuniores intellige ex Tuberonis sententia ab anno 17. ad annum 45. supra Seniores. Adiicit huic classi Liuius centurias duas. Fabrorum, sine armis: qui machinas bellicas (eæ autem priscis è ligno) gestarent, fabricarenturquè, à quo ritu in militia Romana semper Præfecti fabrorum. Dionysius paulò diuersus, centurias eas secundæ classi adscribit: ita tamen vt ad primæ classis vsum essent. Seniorũ vna: Iuniorum altera.

Secunda Classis, quibus in Censu 75 millia æris aut supra, vsque ad 100000. id est, nostratis pecuniæ, coronati septingenti 50.

Arma his { Galea: Scutum. Ocreæ. } Tela. { Hasta. Gladius. }

Quod Liuius ait, Scutum pro Clypeo imperatum,

ratum, videtur pugnare cum eodem scriptore lib. 8. vbi clypeos Romanis attribuit diu post reges exactos. *Clypeis*, inquit, *antea Romani vsi deinde, postquam facti sunt hastati, scuta pro clypeis fuere.* Sed loqui eum necesse est de prima classe, quæ sola clypeos habuit Serui instituto, & posuit postquam stipendia militi è publico data. Anno vrb. 347.

Distributa in Centurias 20. Decem Seniorum, totidem Iuniorum.

Tertia classis quibus in Censu 50000. æris, nostra pecunia cor. 500. { *Arma.* { Galea. Scutum. } Tela. { Hasta. Gladius. }

Distributa in Centurias 20. eodem discrimine, quo prior.

Quarta classis quibus in Censu 25000 æris, nostra pecunia coro. 250 { *Arma.* { Scutum. } Tela. { Gladius. Venutrum. }

Distributa in Centurias 20. Seniorum Iuniorumquè.

Quinta Classis quibus in Censu 11000 æris, nostræ pecuniæ coronati 110. { Arma iis nulla, Ideoquè *velati* dicti. vide Festum. }

Tela, Funda, & lapides, vt Liuius ait, vel vt Dio-

Dionys. τάξια καὶ ὁπλισμόν. Distributa in Centurias, 30 seniorum iuniorumq; huic autem classi Livius accenset 3 Centurias Cornicinum, Tubicinum (malè in Liuio Tibicinum) Accensorum. Dionysius contrà in quartam reiicit, Centuriasquè tantùm facit duas, vt opinor, rectè. Itaque in Liuio corrigendum.

Sexta, non classis reverà sed Centuria tantum fuit. In ea censi omnes quibus infra 11000 æris, cum discrimine tamen aliquo, vt quibus 1500. aut suprà æris esset. i. 15. coronati, Proletarii dicerentur, quibus infrà, Capite censi. Hi à Tribunis & militiâ diu immunes. Videe Agellium. Hæc classium diuisio, ac telorum armorumquè quod ad pedites quidem attinet, nam ad primam Classem adiecti etiam equites, quorum Centuriæ 18. iis dena millia æris data. i. 100. Coronati, Livius ad equos emendos scribit, nec satis definit in Centuriasnè, an in equites singulos. Eiusdem hæsitantiæ quod in eodem sequitur, viduas iis esse attributas, quæ bina millia æris in annos singulos penderent. d Varro certè equum publicum mille assium fuisse clarè indicat, non bis mille. Ista ad Livii mentem (nam Dionysius ab eo in summa pecuniaria leuiter dissentit: itemquè e Plinius & f Agellius) de classibus sint dicta, quarum institutio magnæ prudentiæ, magni vsus in Rep. fuit. Primùm ad tributa: quia vt noster Livius ait, hâc ratione à pauperibus onera in dites inclinata, quòd facilè intellectu. Cum enim essent in vniuersum Centuriæ 193. ex iis prima classis quæ divitum erat, 98 habebat. Itaque tributo imperato, & æqualiter in centurias diviso, plus quàm media tributi pars, à primâ solâ pendebatur. Reliquæ enim omnes classes

Centurias

c Lib. 16. cap. 10.

d Lib. 7. de Ling. Lat. sub extr.

e L. 23. c. 3.

f L. 9. cap. 13.

Centurias tantùm habebant 95. & in Centuriis ipsis capita plura. Alter Censium vsus ad Comitia, id est, ad summam rempubl. fuit, ad leges ferendas, ad bella, ad pacem, ad Magistratum creandum, &c. Ita vt vis omnis (vt ait Livius) penes primores civitatis esset. Cùm enim suffragia non viritim, sed per Centurias numerarentur, vinceret autem Centuriarum numero sola prima classis omnes reliquas; clarum, penes illam summam Reip. fuisse, plebe callidè & sensim ab administratione excluſâ. Classibus ergo Centuriisquè ita distributis, ne quis extra eas dolo malo remaneret, legem tulit de Incensis: vti quicunque civis Romanus nomen opesquè suas ex fide non retulisset, ipse & bona eius publicè vænirent. Quod etiam, præter Dionysiũ Zonaras observavit, nec solùm pœna, sed etiam religione Censum sanxit firmavitquè. Instituit enim vt post Censionem certo die, in suis quisque classibus Centuriisquè cives omnes ornati instructiquè in campo Martio adessent. In campo Martio dico: semper enim lustrum conditum ibi, etsi Census ipse interdum in foro habitus, vel in villa publica plerumque. Ibi solemni sacro, tripliciquè victima (suem, ovem, taurum fuisse convenit, vnde Suovetaurilia vel Solitaurilia dicta) exercitum lustrabat, cum precationis carmine, *Vti Dii P. R. res meliores amplioresquè facerent.* Etsi ea verba verecundè posteà P. Scipio Africanus Censor immutauit. g Valer. Deæ Luæid sacrum factum quam purgationibus expiationibusquè præfectam ex eo suspicor, quod Servius Tullius rex, primus templum huic Deæ condidit, vti apud h Tacitum ego quidem lego: nam vulgò ibi

g Lib. 4 cap. 1.

h Lib. 15. Ann.

Lunæ, malè, vt doceo in loco. Is in censendo finis, & à luendo ait Lustrum Varro appellatũ. Nam Livii certè locus in etymo parùm integer sanusquè. Quod pro quinquennali deinde spacio vsurpatum, quia in mutatione hominum facultatumquè, opus iterata Censione sæpiùs fuit: institutumquè ab eodem Rege, vt in quinquennia singula Census repeteretur, atq; ita ipse deinceps quater lustrum condidit, au-

s Lib. c. 4. thore [s] Valerio. Habes rationem quæ sub Servio, regibusquè & Consulibus fuit (ii enim Censum egerunt loco Regum) donec proprius huic rei inventus Magistratus: quem & vtilitas suasit & necessitas; quia populus, ait [t] Livius, per

t Lib. 4. multos annos incensus fuerat, nec Consulibus, cùm tot bella imminerent, operæpretium erat id negotium agere. Ita creati Censores ann. vrb. 311. sic dicti, quòd ad eorum Censionem, id est, arbitrium populus censeretur. [m] Varro.

m Lib 4. de ling. Lat. Neque enim primò morum disciplinæquè regimen iis, vt opinor, datum, sed tantùm censendi populi ius, vti sub regibus factum. Paulatim dignitas accrevit, & censura animadversioquè in mores iis permissa, æterno Reip. bono. De tempore tamen tantæ rei nihil acceptum, nisi quod statim à creatis Censoribus id obtinuisse facilè colligas ex Camilli & Posthumii censura apud [n] Valer. quæ incidit in

n L. 2. c. 9. Ann. vrb. 350. Munera Censorum præcipua quatuor, *Populi censio, Animaduersio, Vectigalium locatio, Templorum, locorumquè publicorum tuitio.* Censio eadem quæ sub regibus: deque forma eius, & solennibus verbis Censorum ali-

o Lib. 5. de ling. Lat. quid [o] Varro. *Animaduersio*, nota dicta propriè, quàm inurebant iurati Censores, cuius

quæ

quæ vis fuerit, ex p Cic. colligas. *Censoris iudicium, inquit, nihil ferè damnato adfert, nisi rubórem.* Itaque omnis illa iudicatio versatur tãtummodo in nomine. Animadversio illa ignominia dicta est, quod tamen capies κατὰ τὸ πλεῖον. Nam mulctam etiam interdum imposuere Censores, vti Cœlibatus, vt apud q Valer. & apud r Festum. Animaduersio hæc in tres ordines, triplex. Cuique enim ordini adimebant quod ei summum esset: Senatori, curiam: Equiti, equum publicum, Plebeio suffragium. Id factum hac ratione. Censores numero & facultatibus populi cognitis, in Curuli sella sedentes Senatum primò legebant; in ea lectione, palàm omnium, tàm veterum quàm nouorum Senatorum nomina, à Scriba recitabantur. Cuius nomen primò recitabat, magno id honori habitũ dictusquè eo lustro *Princeps Senatus*: cuius nomen omissum, Ignominiæ, isque motus Senatu intelligebatur. Neque enim aliud, de qua agimus, Motio quàm Præteritio & nota quædam tacita Censoris, quæ tamen per id lustrum Senatorem omni munere & dignitate Senatoriâ privabat. Paulò aliter in Equitibus obtinuit, qui singuli citati ad Censores, equum manu sua tenentes, accedebant: vti ex Plutarchi Pompeio, Suetonii s Augusto, & Claudii nummis discimus: atque ibi, si omnia recta, traducere equum Censor iubebat: sin quid commissum, equum adimebat, id est, mille asses, ad equum alendum è publico attributos, itemquè annulum aureum, & insignia ordinis equestris. At Plebeium noxæ alicuius compertum, aut tribu mouebant, aut inter ærarios

p Lib. 4 de Rep.

q L. 2. c. 9.

r In Vxorium æs.

s Cap. 28.

rarios referebant, sive in Ceritum tabulas, id est, iure suffragii ferendi, & honore omnium civium privabant, oneribus tantùm relictis. Tributum enim & æra ex censu nihilominùs dabant, tanquam cives. Quo iure & Cerites olim erant, ex t Agellio hæc discrimina plerumque. Interdum enim si culpa grauior, pluribus notis aliquis affectus reperietur: putà, vt Senator præteritus sit, & tribu etiam motus, item eques equo priuatus, & in ærarios relatus, quod ex Livio Valerioquè facilè observabit non incuriosus Lector. Causæ notarum, Cœlibatus; orbitas, periurium, æs alienum, infames libidines, aliaquè probra, quæ suis legibus non vindicabantur. Vide u Suetonium. Supereſt, de vectigalium locatione: & cura templorum locorumquè publicorum, quæ munera satis clara, & passim de iis apud Livium, de creatione Censorum, & Ciceronem in Verrinis, & secundo de Legibus, aliosquè. Censorum autem Imperium primùm quinquennale fuit, sed decennio post quia nimia potestas ea visa, lege Mamertii Aemilii Dictatoris annua, & semestris facta est: quod postcà servatum. Mansêre in Republica Censores ad tempora Imperatorum, qui intermiserunt, aut ipsi munera Censorum, vt libitū, obierunt. Tentavit reducere Decius Imperator vt author x Trebellius Pollio, frustra, nec post eum amplius Censorum in Republica nomen aut honos.

t, 43. cap. 13.

u In Claud. c. 16.

x In Valer.

FINIS.

IVSTVS

I. LIPSIVS
DE ANNO
DEQVE EIVS DIVERSITATE: ITEM RAtione intercalandi.

Ad histor. Numæ Pom. Liv. l. 1. Dec. 1.

ANnum variè derivant Grammatici. Sextus Pompeius à voce ἔννος deduci vult. Athenæus capit à circuitu temporis, quia priscis annus Circum significat. Quidã ab annovando quòd suo iru redituq; cuncta novet. Verior Varronis opinio, qui annum quasi circulum dictum vult, *quia*, inquit, *vt parui circuli annuli, sic magni dicebantur anni.* Et benè Varro. Antiquitùs enim vnico N. fuit scriptum *annus & annulus*, significavitquè etiam eam partem, qua sedemus, & quam honestè silemus, vt Græcè δακτύλιος. Allusit ad id etymon Virg.

Atque in se sua per vestigia labitur annus.

Sunt AEgyptiorum Hieroglyphica, qui annum draconi caudam suam mordenti assimilant. Annus autem duplex: *Naturalis*, & *Ciuilis*. *Naturalem* dicimus, cuius initium ad cur-

ſum Solis congruit, duodecim ſigna peragrantis. *Civilem*, quem aliæ gentes alium atque alium conſtituerunt, quædam vltra Solarem curſum multæ citra. *Naturalis annus*, vnus eſt & vniformis, & æternum ſibi conſtans. *Civilis*, pro inſtituentium arbitrio varius fuit. Apud *Aegyptios* initiò menſtruus annus fuit, & vnius menſis; vt [a] Plutarcho & [b] Plinio placet: aut vt Cenſorino, bimeſtris: poſteà quadrimeſtris, vt [c] Solinus author. Denique Solaris dierum 365 quem κυνικὸν ſive caniculârem vocabant, quia initium eius menſis eſt *tazaſh*, quo caniculæ ſydus exoritur. *Apud Arcades* annus trimeſtris iuxta quatuor temporum vices. *Apud Cares* & Acarnates Semeſtris. *Apud Hebræos* menſiũ duodecim, ad *Lunæ* curſum, falluntur què profani homines, qui ſpacia longioris vitæ in ſacra hiſtoria tradita referunt ad *Aegyptiacos* annos. In Italia apud *Alaros* annus decimeſtris. *Apud* Labinios menſium tredecim, quoniam conſtabat dies ter centum ſeptuaginta quatuor. Nec anni ſolùm diverſi: ſed & anni initia fuerunt, de quibus elegans [d] Symplicii locus. *Non natura*, inquit, *ſed poſitione principia ſunt, quæ facimus anni principia. A* ſolſtitio æſtiuo, vt *Athenienſes*, *Ab* æquinoctio Autumnali, vt qui nunc vocatam Aſiam tenent. Vel ab *Hyberno* ſolſtitio, vt Romani. vel ab æquinoctio verno, quemadmodum *Arabes* & *Damaſceni*. Hæc ferè conſenſu traduntur. *At* de Romanorum annis, dequè horum principio, non leuis controverſia eſt. *Alii* decimeſtres eos volunt: argumento originis, & exemplo ab *Albanis*: argumento item nominis, quia vltimus menſis *Decembei*, quaſi decimus dictus: *Ianuarium* enim

[a] In Numa.
[b] Lib. 7. cap. 48.
[c] Cap. 3.
[d] In 5. Phyſ.

enim & Februarium posterius adiectos. In hac sententia Livius, Varro, Ovidius, Censorinus, & pleraquè turba scriptorum. Nec prorsus abhorret à vero, quoniam & Græci pleriquè decem mensium annum habuerunt, vt Aeoles, de quibus apud [e] Ausonium illud ænigmaticum.

[e] In Epist. ad Theonem.

Aut Ver, vt AEolii, menses tenet ignicomus Sol.

Nec alium Homericum annum fuisse veteres Grãmatici volunt, ad illud Neptuni, Nympham à se compressam [f] alloquentis.

[f] Odyss. λ

Χαίρε γύναι φιλοτάτη περὶ πλιμένου δ' ἐνιαύτου
Τέξεις ἀγλαὰ τέκνα ———

Alii contrà ab initio iam inde duodecim mensium annum Romanum faciunt: nec movet eos argumentum ab Albanis aut Decembri: quia Albanos censent, vti oriundos ab Asiaticis duodecim menses habuisse, & Decembrem ideò sic dictum, quia decimus ordine. Primus enim Maximus fuit in honorem Creti prioris decimo loco December, pòst Ianuarius & Februarius. Nec menses illos adiectos à Numa volunt, sed tantùm confusum ordinem anni digestum collectumquè. Tamen de ordine mensium; qui nunc obtinet, iterùm certamen est. Sunt qui Numæ id tribuant, qui Ianuarium ab agmine ad principia reduxerit, in honorem prisci Latinorum regis Iani. Sunt qui Tarquinio prisco: vt Iunius, Gracchanus. Alii Decem viris, vt [g] Ovidius:

[g] 2. Fast.

Postmodò creduntur spatio distantia longo
Tempora bis quini continuisse viri.

Quidam Consulibus primis, inter quos Plu-

tarchus, quasi *Ianuarius* primus factus mensis, honoris & ominis causâ: quia tunc Consules primi creati & restituta libertas. *A*beo ipse, quanquam in re ambigua, in sententiam Ovidii, aut certè Iunii Gracchani. Nam de *N*uma, ne credam, facit mensis intercalaris, quem reiicit in Februarium, quasi vltimum anni: (vt dicam) Et *P*lutarchum erroris aperti damnat refugii dies, qui omnium consensu vel in sextum Calend. *M*artias, vel in septimum Calend. Iunii incidit. Cæterùm quomodocunque ea res se habuit: & sive duodecim *R*omuli; sive decem tantùm menses (cuius sententiæ esse me haud pœnitet) illud constat, *R*omulcum annum, mensesque turbatos fuisse, parùm cum Solis aut *L*unæ cursu congruentes. Ideò animum huic rei meritò advertens *N*uma, sive alieno ingenio doctior, ad *L*unæ duodecim menses, ad numerum Græcorum fluctuantem reduxit annum, constituitque eum, vt Plutarchus sensisse videtur, dierum ter centum quinquaginta quatuor, vel vt Censorinus, Solinus & alii, ter centum quinquaginta quinque: præter omnem rationem imparitantùm, vt aiunt, numero motus. Ita subventum imperitiæ *R*omuli: sed tantùm in parte; nam cùm ille ipse annus Lunaris exorbitaret à Sole, futurumque in progressu esset, vt Hyberni menses in æstatem, æstivi in hyemem inciderent: quæsitum huic rei remedium est à Numa, & inventum. Remedium intercalatio fuit: & ea ipsa à Græcis. *N*am Græci, cùm ex traditione Hipparchi didicissent, solem ambire suum circum diebus ter centum sexaginta quinque: (quadrantis enim, qui redundat, nec à Græcis, nec à Numa habita ratio-

tio-

tio est: idque notatum ad intercalationem volo) viderunt clarè deesse suo anno dies vndecim, quos appellarunt ὑπερβαίνοντας seu transcendentes. nec tamen aptum visum illis aut decorum, singulis annis dies illos inserere vel appendere; sed mensem potius novum reperierunt ἐμβόλιμον, quasi institium vel immissorium dictum, quem, diebus illis multiplicatis, ad finem tertii cuiusque anni adiiciebant. Ita vt annus tertius mensium esset tredecim: & mensis vltimus ἐμβολιμαῖος dierum triginta trium. Ita enim de Athenien sibus elegantèr & clarè vetus Scholastes tradidit in argumento orationis h Demosthenis. Idque non paulò verius clariusque, quàm quod Solino aliisque scriptum, solitos Græcos intercalare nonaginta dies, octauo quoquo anno. Græcos igitur hic secutus Numa est: sed non vestigiis iisdem. Dupliciter enim dissentit. Primùm, quòd non tertio quoquo anno; sed secundo intercalauit dies viginti duos, vt clarè discimus ex Plutarcho. Deinde qui non ad finem prorsus anni, sed adulto Februario intercalauit, inseruitque suum mensem post Terminalia, id est, Februarii viginti tres dies. Nam ne prorsus abiret à Græcis vltimum anni elegit quidem Numa, sed nouo exemplo mensem interrupit & diuisit. Ita enim intercalabant Romani, vt inter vigesimũ tertiũ & 24. Februarii diem, mensem interponerent intercalarem: eoque exacto, reliquos quinque Februarii dies adiungerent, retento nomine sui mensis. Credo religione aliqua moti, vt Februarius, qui mensis Lustrationum purgationumque erat, omninò clauderet annum. Eum mensem institium intercalarem posterior ætas dixit;

dixit: Numa Mercidinum vel Mercidonium. Ea enim lectio Plutarchi est, & firmatur à Festo: quanquam viri docti ambigant, ne Intercidinus in Plutarcho scribendum sit, quasi qui intercidat Februarium mensem, & diffindat. Et hæc è Plutarcho intercalandi ratio satis clara est. Manet tantùm illescrupulus in Livii verbis, quomodo vigesimo demùm anno ad metam eandem Solis, vnde exorsi essent, plenis annorum omnium spacius, dies congruerit; Vigesimo, inquam, anno: ita enim ex fide omnium librorum scribendum est, & quod in vulgatis legitur, *Vigesimo quarto*, manavit à Sabellici mente. At si dierum ter centum quinquaginta quatuor, Numæ annus: & intercalavit biennio quoque dies 22. manifestum, non vigesimo demùm anno, sed biennio quoque parem fieri Solis & Lunæ annum. Intricatus herclè Livii locus: Et quo magis magisquè cogito, labor illuc, & cum Solino & Censorino censisse Livium putem, quasi Numa constituerit annum ter centum quinquaginta quinque dierum, contra Græcos. Qui tamen idé Numa cùm parùm peritè vndecim dies duplicatos intercalaret: eveniebat, vt eius annus paulatim Solarem superaret, nona quidem intercalatione octodecim diebus. Itaque remedium à se huic malo petens Numa, vigesimo anno decimam intercalationem omisisse videtur: vt hi anni tantò breuiores essent, quantò alii longiores. Atque ita cùm quasi consisteret, staretque per biennium Lunaris annus: facilè intellectu, quomodo vigesimo demùm anno sublata inter Lunarem Solaremquè disparitas, vt neuter vinceret aut vinceretur. Excipio tamen

duos

duos dies, qui adhuc ad plenum solarem annum desiderabantur: quorum rationem non habuit Numa. Et inde fortasse orti errores in anno & Fastis, quos Julius Cæsar cum studio correxit.

I. LIPSI

ALIVD DE ANNO DEQVE ANNI INTERCALATIONE.

ANnus apud Romanos triplex, *Romuli*, *Numæ*, *Cæsaris*. *Romuli*, qui annorũ peritior quàm syderum, neque ad Lunæ, (vt Græci) neq; ad solis cursum (vt Aegyptii) annum accommodavit, in quo menses decem fuerunt, dies ter centum & quatuor. *Numæ*, qui vitii manifesti Romuli annum correxit, additis mensibus duobus (Ianuario & Februario) quem definivit diebus ter centum quinquaginta quinque: appositæ ad Lunæ cursum, nisi quod exuberat dies vnus: nam Luna orbem suum diebus ter centum quinquaginta quatuor absolvit. Id Numã fecisse sive imperitiâ sive studio potiùs numeri imparis creditũ est. Ita ad annũ Romuli prioré vnus & quinquaginta dies additi. Sed cùm hic annus Lunaris, à solis cursũ minimè conveniret, necessariò, exemplo Græcorum, introducta est Intercalatio, id est, dierum aliquot interpositio, quibus annus

longior

F 6

longior fieret, & solis iter æquaret. Intercalabant ex institutione Numæ, Pontifices biennio quoquo, idque altemis, modò 23. dies, modò 22. vt vndecim illos dies & quadrantem, quibus Lunæ cursus à solari vincitur, adæquarent. Quod conveniebat pro parte, cùm more Græcorum, qui singulis octenniis dies 90. intercalabant: non tamen cum veritate, quia Numa diem vnum anno suo temerè & sine exemplo addiderat. Ita fiebat, vt octo annis redundarent dies 8. Emendavit hoc posteà sive Numa ipse, sive Pontifices, hoc modo, vt tertio quoquo octennio, non dies nonaginta: sed tantùm sexaginta intercalarent, atque eo compendio redirent quasi in viam. Dies illos viginti tres sive viginti duos, vocabant mensem intercalarem, fiebatquè omnis intercalatio mense Februario, post diem vigesimum tertium, id est, post Terminalia. Sed cùm ne sic quidem confusio vitaretur, vel fraude Pontificum (qui vt Publicanis gratificarentur, dies addebant & eximebant) vel interdum omnis intercalatio, aut per religionem, aut per incuriam omitteretur. C. Cæsar Pontifex Maximus, tertiò Cos. curam suscepit anni corrigendi. Usque adhibito in consilium Sosigene Aegyptio, astrorum perito, primum omnium ex Lunari solarem annum fecit, diebus decem ad Numæ annum additis: ita vt annus Iulianus dies haberet trecentum sexaginta quinque. Non tamen intercalatio prorsus sublata, sed imminuta. Nam cùm solis cursus constet diebus trecentũ sexaginta quinque, & quadrante, id est, horis senis: fiebat vt quarto quoquo anno, dies vnus redundaret, quem (ne paulatim constitutionem anni

iterùm

iterum turbaret) placuit Cæsari, quarto quoquo anno intercalari, mensis Februarii die vicesimo quarto: idque Bisextum vocarunt, quia bis numuramus sexto Calend. Martias. Dies decem, quos Cæsar addidit, in menses septem sic distribuit, vt Ianuario, Sextili, Decembri duos dies adiungeret: Aprili, Iunio, Septembri, Novembri singulos. Cætera satis clara ex Suetonio ipso in Iulio cap. 40.

FINIS.